BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
VIII
A
46
NAPOLI

2

R. P.

MAXIMILIANI SANDÆI

E Soc. IESV Doct. Theol.

ADMIRANDA PVRGATORII

Sermonibus Sacris declarata

AD

Sereniſſ.mum & Reuer.mum

MAXIMILIANVM HENRICVM

Vtriuſque Bauariæ Ducem

COADIVTOREM COLONIENSEM.

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Apud IOANNEM KINCHIVM
ſub Monocerote.

ANNO M. DC. XLIII.

Permiſſu ſuperiorum, cum Priuileg. S. C. Maieſt.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

MAXIMILIANO

HENRICO

Seren.^mo ac Reueren.^mo

PRINCIPI

COMITI PALATINO RHE.

DVCI

VTRIVSQVE BAVARIÆ

ARCHIEPISCOPATVS

COLONIENSIS

COADIVTORI

SODALITATIS MARIANÆ

PRÆFECTO

MAXIMILIANVS

SANDÆVS

SOCIET. IESV

QVi *Tibi*, Sereniſsi-me MAXIMILIA-

a 2 NE

BIBLIOTECA NAZIONALE "V... E. III" NAPOL

MAXIMILIANVS HENRICVS BAVARVS COADVTOR COLONIENSIS.

NE HENRICE, *qui ſibi, Tui gratiâ, qui Eccleſiæ, propter Te, gratulantur hoc tempore, ij, triſtibus amandatis, tanquam malè ominoſis, non niſi læta & amæna occinunt, ac comprecantur. Ego contrà, in tam publicâ communiq; lætitia, Archidiœceſis, cuius nuper Electus legitimè* COADIVTOR, *Pontificia auctoritate nunc es Confirmatus,* GEMITVS *offero* ANIMARVM PVRGATORII: *& ta-*

& tamen officio congratulantis melius me fungi exiſtimo, quàm lætantium quemquam: memor temporis, quo viuimus, luctuoſiſsimi, memor vallis lachrymarũ, in quâ degimus, memor oneris Tibi impoſiti, Angelicis humeris formidabilis; ſub quo gemes, ni humeros ſubducere volueris, quod auertat, qui impoſuit, DEVS.

GRATVLOR *equidem Tibi maximoperè,* Prin-

ceps Sereniſsime, *non tam ob nouam dignitatem in Eccleſia DEI, & Imperio Eminentiſsimã, recèns adeptam; quàm, quod ea ſis iudicatus dignus, tum maximorum virorum ſuffragijs, tum Cæſareo, Pontificioque calculo, tum bonorum applauſu: non enim id poteſt non eſſe magnæ virtutis in annis iuuene teſtimonium.*

GRATVLOR *mihi, & Societati, in quâ viuo, quod*

quod electus ſit is, qui nũquam ex inſtitutione noſtrâ ſpem fefellit, nec fallet, vt meritò ſperamus de indole tali, in poſterum.

GRATVLOR *Imperio Romano-Germanico, cuius intereſt, vt non deſtituatur, vel ad momentum, Principe omnibus dotibus naturæ gratiæq́ cumulatiſsimo Electoralis dignitas.*

GRATVLOR *Eccleſiæ Catholicæ, quæ tot agita-*

ta procellis, in nouo SI-DERE *exoriente, nouam Serenitatem ſibi ſpondet.*

GRATVLOR *Eccleſiæ Colonienſi, quæ Sponſi iam dudum exoptati, vt noua Sponſa ſponſionem gratanter accepit. Et qualem, DEVS bone! Sponſum? à ſanguine, virtute, ſapientia excellentiſsimum: non dilato ſingula, ſat nota, & ne modeſtiæ conuicium faciam. Talem eſſe decebat,*

bat, qui deſignaretur in ſucceſſorem FERDI-*NANDI, Principis incomparabilis, & ad ſalutem Archiepiſcopatus Colonienſis nati, antequam is denaſceretur: ne illius occaſu, Sol, vel momento, non illuſtraſſe orbem noſtrum diceretur. Es enim, MAXIMILIANE Princeps, idem qui ipſe, vel, quoniam vnicus ipſe, vt orientalis Gemma, Tv Alter ipſe, natalibus, &*

FERDINANDVS BAVARVS *Archiepiſcopus, Elector Colonienſis*

quantum ætas tua fert, virtutũ, ac ſapientiæ apparatu: quodq́ꝫ omnibus anteponẽdũ, adfectus in DEVM, eiuſqꝫ puriſsimã Religionẽ, quam cũ lacte materno ſuxiſti, germanitate.

VERVM, *quamuis tam ſincerè, tot nominibus Tibi gratuler, tamen in gratulationis teſſerã dono GEMITVS (vtinã & lacrymas poſſem!) ſic miſceo lætis triſtia, quod admodũ eſt ſalutare: imò*

Principibus, inter aſſentatorũ, ad omnia applaudẽtium greges agentibus neceſſariũ. LIBELLVS eſt, quẽ do in manus, & quidẽ SVPPLEX ex remotiſsimis oris trãſmiſſus: dignus qui legatur ab omnibus, ſed Principibus maximè, cùm in eo perſcribatur ex purgatricibus flãmis, ſtylo igneo, quã grauiter, quãtoq; tẽpore in Purgatorij ergaſtulis luantur minima à

maximis,nullo perſona-rum diſcrimine, nulla acceptione:niſi quod Potentes potẽter tormẽta patiantur. *In eo nomen ſuum habet SEVERINVS* Archiepiſcopus Colonienſis, *omnibus religionis Sacro-ſanctæ officijs mirè deditus, vnicam tamen ob noxiam negligentiæ,in perſoluendo tempore ſuo,horariarum precum penſo, igni traditus,ac dirè cruciatus,& gemens.*

S. SEVERINVS Epiſ.Colon.
Baron.ad An.1062. ex Petro Damian. Epiſt.4.ad Deſid. Abb.
Sap. VI. 7.

IBIDEM *memoratur LVDOVICVS PIVS Cæſar, Bauarici ſanguinis Princeps, qui filio ſuo LVDOVICO, Germaniæ Regi, cùm is Regni negocia per quadrageſimam, pro more, ſepoſuiſſet, vt Pietati opportunius vacaret, apparens nocte intempeſta, dixit cum gemitu:* Obteſtor te, & adiuro per Chriſtum, vt me hiſce ſupplicijs quantocyus eximas, vtq́ue tandem e- LVDOVICVS PIVS. *Baron. Tom. x. An.* 874.

mancipatus his vinculis perenni perfruar libertate. *Ingemuit filius Rex ſub diademate: & mox litteras exarauit, & ad regni ſui cænobia vniuerſa tranſmiſit, vt animæ parentis, titulo, ac re* Iuſti, *qui à triginta iã annis obierat, oblato Sacrificio, precibuſq; ſuccurrerent. Quod factum à Cænobitis.*

Eodem *fine exaratus eſt LIBELLVS iſte SVPPLEX, quẽ vides, in quo* con-

continetur GEMITVS ANIMARVM Sodalium in Purgatorio, vt à Sodalibus in vita relictis petatur ſubſidiū. Quibus TV, Sereniſſ. *MAXIMILIANE, præeſſe Coloniæ in ſextum annū nō es dedignatus, omnia, PRÆFECTI* laudatiſſ. *munia promptè obiens, ſiue Diuina Sacramenta frequētiùs participando, ſiue in Congregatione Tui copiā faciēdo, ſiue ſupplicatum per*

tem-

templa, cũ Sodaliũ cœtu, quot annis pedes eundo, ſiue Conſultationibus rem Marianam promouendo, ſiue principali munificentia, eandem augendo, ſiue publicè cohortando. Quod poſt S. ANNONEM, infula Colonienſi digniſsimum, quem memorant Præſulem primum Sodalitatis iſtiusmodi, rariſsimè vſurpatum, ſi tamen vnquam aliàs, à ſummis Principibus, renouauit

Sere-

Sereniſsimus FERDINANDVS, & MAXIMILIANO HENRICO *ſucceſſori olim ſuo præiuit. Quare haud dubium eſt, lectū iri eum Codicillum à Te per ocium, penſitaturumque Te diligenter, ac cogitaturum de ſubſidio, quod Animæ illæ Sanctæ, ſed nondum plenè expiatæ lamentabiliter à Sodalibus, quos ducere, quò vis, potes, verbo & exemplo, efflagitant, curando*

do Sacrificia, indicendo preces, diſpertiendo eleemoſynas, imperando ſupplicationes, præſcribendo ſatisfactiones voluntarias, hortando ad corporis afflictationes.

QVÆ *vt curentur, haud eſt alienum à pietate; & quæ illã comitatur, cõmiſeratione erga afflictas illas animas Principũ BAVARORVM. Inter quos ſupereſt, qui Te præit ætate, ad quam, faxit temporũ*

Mo-

Moderator, ut in Principatu peruenias, Sereniſſ.us *ELECTOR BAVARIÆ MAXIMILIANVS, à quo Tibi MAXIMI* magnum geminumq́ue nomen *ÆMILIANI. Eius pietatem in hoc genere dũ memoria recolo, menti obuerſatur (cœtus ille, Monachij ab eo erectus, captuſq; Anno M.DC.xv. titulo*, Archifraternitatis Fidelium animarum, *quæ Pontificijs*

MAXIMILIANVS BAVARVS *Elector*

In-

Indulgentijs aucta, ac tribus Aris Piaculari-bus, ſiue Priuilegiatis ho-norata, etiãnũ floret. O-perãtur iſtic ſacris quo-tidianus viginti aut tri-ginta Sacerdotes. Neque tantùm à pijßimo illo Sodalitio, ſed eius imita-tione, à compluribus eo-dem loco multa eiuſmo-di Sacra curantur. Res mira, & alibi inducen-da. Peracta ſunt Anno M.DC.xxvii. ſeptem millia, ducenta & decẽ.

Anno

Anno deinde M. DC. xxviii. à Ianuario vſq; ad Decembrem (eo toto propter Aduentus Dominici officia propria excluſo) dicta Sacra piacularia quingenta ac nouendecim ſupra quinq; millia.

Eodem adfectu Sereniſs.us & Reuerendiſſ.us FERDINANDVS BAVARVS, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, defuncta piè in Domino, haud ita pridem

MARIA MEDICÆA *Anno* 1642. *3. Iul. moritur Coloniæ.*

dem Coloniæ MARIA MEDICÆA Chriſtianiſsima Galliæ & Nauarræ Regina, glorioſæ memoriæ, quæ vrbem eam, ob loci ſanctitatem, ſacrarum Reliquiarum copiam, & plurima Diuorum Tutelarium patrocinia, extremæ quietis ſuæ, atque ex hac vita felicioris emigrationis ſibi ſedem delegerat, ſex Miſſarum millia, ſtatim à Reginæ obitu, præter alia magno numero

per omnes Ciuitatis ampliſsimæ Eccleſias, ad animæ illius ſolatium fieri mandauit.

Quantũ hoc ſubſidiũ, tum pro Vna, tũ ſi nõ egeat ipſa, pro alijs Animabus piè functis, quantus fructꝰ, quãta inde è Purgatorijs cruciatibus liberatarum multitudo? Nam, vt veriſsimè dixit M. Papa Gregorius: Multum ſolet animas etiam poſt mortẽ ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris ad- *Lib. IV. Dial. cap. 55.*

adiuuare. *Cur non ergo ſimile quid in Sodalitate Mariana tentetur?*

De affectu ad id tuo, Sereniſſ. Princeps, *haud ambigo, certus annorum illorum, quibus præclariſsimè* Sodalitatis Præfecturam *geſsiſti, experientiâ, nihil tibi poſſe accidere gratius, quàm omnibus, & maximè Sodalibus* D. *Virginis, cui totum Te tradidiſti ab incunabulis, prodeſſe. Quare illis nihil poſſet*

eſſe

eſſe optatius, quàm TE PRÆFECTO PERPETVO frui. Quod quoniam rationes alterius Adminiſtrationis ampliſsimæ non permittunt, voluerunt ſaltem per me relinquere hoc Præfecturæ promptiſsimè ſuſceptæ, ac diligentiſsimè adminiſtratæ ſuæq; gratitudinis, ac humillimi erga Serenitatem Veſtram, obſequij monumentum ſempiternum. DEVS ac DEI-

PARA, Patrona, Opt. Max. felix anni inchoati exordium, ac illius & multorum ſubſequentium fælicem æquè decurſum, & fæliciſsimum vitæ totius, poſt temporis longiſſ. incolumitatē, exitū Sereniſsimo MAXIMILIANO HENRICO largiatur.

Id optant, vouent, precantur SODALES MARIANI omnes.

LIBELLVS
SVPPLEX
ANIMARVM E PVRGATORIO
Ad
SODALES MARIANOS
In vita mortali relictos.

Sodales optimi.

SODALES fuimus, qui ſupplicamus, dimidiâ noſtri parte ſuperſtites, alterâ apud vos depoſitâ. Sumus, qui fuimus, *Sodales Veſtri:* & erimus, quippe æternum DEIPARAE cultum profeſsi. Non quidem

conuenîmus in vnum; quot Dominicis, vt ſolebamus. Impedit hoc Chaos magnum, quod inter nos & Vos. At vtinam! conueniendi vel ſemel fieret nobis poteſtas, vt ſtatum noſtrum exponeremus coràm. Nemo credit, quid patiamur, & quantum: ſi crederent Mortales, ſubuenirent, quà poſſunt, ocyſsimè. Nos exprimur. & quoniam aliter nō poſſumus, exprimur-

primere tribus voculis conamur, *miris*, ſed *veris modis*.

Et propter quę patimur? Hîc iterum fides humana vacillat. Diſceſsimus à Vobis penè ſecuri, ac quadantenus certi, de Cœlitum conſortio mox adeundo. At, qui *ſcrutatur Ieruſalem in lucernis*, reperit, quod nos detineret. Acuto ille eſt viſu, plus quàm *Caprea*. Vidit, quæ videri non poſſe

Sopho.1.12.

S. Ber. ſer. LV. in cãt.

 exiſti-

exiſtimabamus, pun-
ctulis minutiora. Pro-
Eccl. xxiii. 26. feſtò, *Oculi Domini multo plus lucidiores sũt ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum, & profundũ abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes.*

Heb. iv. Omnia nuda & aperta fuerũt oculis eius. In tenebris noſtris videbat. Tenebræ noſtræ non obſcurabantur ab eo: & nox ſicut dies illumi-

luminabatur. Sicut tenebræ eius, ita erat lumen eius. Oculus eius ſcrutabatur renes noſtros, & corda noſtra: ipſaq́; cogitatio noſtra confitebatur ei. Nihil inſcrutatum reliquit oculus Cardiognoſtes:[a] nihil indiſcuſſũ παντόπτης.[b]

Pſal. cxxxviii.

Pſ. Lxxv.

a Cordium inſpector.
b Omnia intuens.

Animaduertimus, quod, dum viueremus, in neruo poſuiſſet pedes noſtros; & conſideraſſet greſſus noſtros, & obſeruaſſet oẽs ſemitas

Iob. xiii.

noſtras. Intelleximus ex interrogatis, ad quæ nobis erat reſponden-dum illicò, DEVM Iudicem; cuius oculi erant, Apoc 1. 14. Dan. x 6. *tanquam flamma ignis:* & vt *Lampas ardens*, ima terræ viſcera penetraſſe, omnes mundi angulos, cubilia, lectos, ſtragula, antra, cauernas, latibula, ſpecus, foſſas, hiatus peruidiſſe: dicta, facta, cogitatus noſtros, nobis incomprehẽſibiles, acie acerrimâ

rimâ conſpexiſſe. Notauimus, quod diu noctuq́; ſuper cuſtodiam noſtrā vigilaſſet: quod ſicut vno oculi iactu totum ſimul perfectè cōſiderarat, ſic ſingula quælibet licet diuerſa, perfectè ſimul, totaque totus cōſpexerat viſus eius: quod ſicut omnia, ſic vnum: & ſicut vnū, ſic ſingula totus ſimul ſine diuiſione, vel commutatione fuerat intuitus, perpetuus inſpe- *S. Aug. ſolilo. c. 14.*

 ctor

ctor omnium cogitationum, intentionum, delectationum & operationum noſtrarum: Nihil horum inſcrutatum reliquit.

Sic deprehenſi, ſtetimus trepidi. Intereà *Lucerna Scrutatoris*, quæ eſt ipſa eius mens omniſcia, intellectus infinitus, ſapiẽtia æterna diſcreuit bonum à malo: in bono, apparẽs à vero, inane à ſolido, fucatum à ſincero, du-

bium

bium à certo: aurum à ſcoriâ, oleum ab amurcâ, vinum à vappa, paleã à tritico: Nõ defuit hic Ventilabrum excutiẽs paleam, & Scopa purgans aream: tum Gladius anceps, perſpicacia diuina & Verbum DEI efficax, diſcretor cogitationum, ac intẽtionis cordis; denique, Libra bilancibus aſcendentibus & deſcendentibus nihil non ponderans. Sic vniuſque noſtrum

opus factum eſt manifeſtum, nobis, & Angelis.

Hac cenſura didicimus aliam eſſe juſtitiã, alia judicia Dei, alia hominum. Non ſecundũ
Iſai. viſionem oculorum judicare Dominum, ſed arguere in judicio quẽlibet. Verè, non eſſe acceptionem perſonarũ apud Devm. In eo judicio non dari veniã coruis, vexari columbas; ſuſpẽdi furunculos, co-

ronari

ronari latrones; detineri innoxios; dimitti nocentes; opprimi imbelles, euadere potentes. Omnium ibi ſors ęqua, ac ſecundum merita, æqualis. Omnibus ibi Iudex eſt idẽ: magnus, potens, terribilis, qui non adquieſcit cuiuſquam precibus, nec ſuſcipit pro redẽptione dona plurima. Qui non ſcelerum tantum eſt Quæſitor; ſed & virtutum, non criminum *Prou. 6.*

 maxi-

maximorum, ſed defe-
ctuum etiam minimo-
Pſ. Lxxiv. 3. rum; qui quicquid ab
vllo commiſſum, ſuis
explorat, & æſtimat ar-
gumentis. Ibi apparuit
à ſeueriſſimo Cenſore
juſtitias judicari. Ibi
plus valuerũt pura cor-
S. Bern. ep. ad Rober. Abbat. da, quàm aſtuta verba,
& conſcientia bona,
quàm marſupia plena.
Ibi experti fuimus ve-
riſſimum eſſe, illa nobis
olim decantata, ſed mi-
nus quàm oportebat
æſti-

æſtimata. *Væ laudabili vitæ hominum, ſi remota pietate judicetur.* Ante terribilis Iudicis ſubtile atque incomprehenſibile examen, nõ ſolùm mala, quæ commiſeramus, ſed ipſa etiam, ſi qua à nobis erant benè geſta, verebamur. Nam culpa eſſe deprehendebatur, quod virtus ante judicium putabatur: & vnde expectabatur magna merces retributionis, inde ſequebatur

S. Greg. lib. 29. moral.

S. Greg. lib. 3. mor.

ſuppliciũ graue vltionis.

S. Ber. ſer. 55. in Cãt. Profectò, in ſubtiliſſimo illo examine multæ juſtitiæ noſtræ, æſtimatione humana, peccata apparebant. Facti eramus ad conſpectum

Iſa. 64. illius Solis, *vt immundi omnes nos: quaſi pannus menſtruatæ juſtitiæ noſtræ.* Quidam qui lotus

Iob. 9. fuerat *quaſi aquis niuium*, & fulſerant, velut mũdiſſimę; manus eius, ſordibus fędatus arguebatur. Nemo excuſationem

tionē vllā prætexebat, ſciens quod coram eo ſtaret, qui in Angelis ſuis repererat prauitatem: In cuius conſpectu nō juſtificatur omnis viuens: Qui nō parcit delinquenti. Itaq; palpitabant omnes, & omnia tuta timebant, & Miſericordiam, Miſericordiam implorabant.

Sententia Iudicis ſeuera, & iuſta.

TANDEM, lata eſt ſententia, ſeuera illa quidē, ſed quod negare nemo poterat, iuſtiſſima, cui

tamen mixtũ fuit miſe-
ricordiæ haud parum.
Pſal.x.8. Omniũ vox fuit: *Iuſtus*
Dominus & juſtitias di-
lexit : aquitatem vidit
vultus eius. Juſtus es
Tob.III.2. *Domine & omnia judi-*
cia tua iuſta ſunt. Iudi-
Iacob.2.13. *ciũ ſine miſericordia illi*
qui nõ fecit miſericordiã.
Superexaltat autẽ miſe-
Pſal. Lxxxiv.2 *ricordia judiciũ. Miſe-*
ricordia & Veritas ob-
uiauerunt ſibi. Iuſtitia
& pax oſculatæ ſunt.

Interim, ducimur ad
locũ tormẽtorum. Hîc

ſumus in flãmis. flãma vorat, ſed non abſumit. veſtrates oẽs flãmulæ, pictarũ inſtar ſunt, ac fictarũ, ad hãc verè realẽ. Hic Iudex idẽ qui Vindex. *Igne cõflat;* & *quaſi herba fullonũ* emũdat. Malach. 3. Ah! quàm duriter! ſedet ipſe cõflans & emundãs argentũ: & purgat filios Leui, & colat eos, quaſi aurum, & quaſi argentum, donec excoquat ad purum ſcoriam noſtram, & auferat omne

ſtannum noſtrum: Emundamur, purgamur, colamur. At eheu! quã
Iſaa. 25. acri incendio. Maculæ quæ adhæſerunt nobis exterguntur. Sed velut herba aut ſulphure fullonũ. Exprimimus veſtris vocabulis per metaphoram, quod abſq; figura ſentimus.

Concipite pannum ſubtilibus maculatum næuis, & vix viſibilibus ſuſpenſum in pertica in ſublimi, fullonum herbis.

bis in vnum densè conſertis, velut dentatis aculeatè pectinibus, tantùm non laniari. Concipite telam lineam ſuper niuem in fundo dealbatam, ſuperficietenus tamen ſubnigricantem, in lebete ignito, aquæ bullienti immerſam faſciculo herbæ fullonicæ demaculari. Concipite ſulphure ſtridente interulam tenuiſſimam, vel cuticulam veſtram luſtrari,

vt à notulis, per ſudorẽ inductis, emundetur; & aliquam, licet vix vmbratilem, habebitis, eius, quod nos patimur indeſinenter, imaginem. Ipſe idem Iudex colat nos quaſi aurum. Ite ad officinam aurifabri aut diſtillatoris, videbitis illum pauxillatim ſtillatimq́; aurũ, oleum, vinũ, lac per orificiũ vaſis anguſti, vel linteolũ trãsfundere, vt quod purũ eſt tranſeat,
quod

quod craſſum & impu-
rũ excludatur. Iterũ ad
conceptionẽ veniendũ
eſt, nã experientia care-
tis. Concipite Animas,
ignis vi acerrima, quam
Deus indidit, vt potuit
ad ſpiritus penetrantẽ,
liquefieri. (horrorem
verbũ illud ingerit) ac
guttatim, velut aurum
cõflatũ, tranſmitti per
anguſtiſsimi oris vas æ-
neũ, aut foraminosũ, vt
quod purũ putũque, ex-
ſtillet, quod impurũ, ac
fæcu-

fæculentum, excernatur.

Vas æneum dum nominamus, conceptioni veſtræ deſeruimus, & imaginationi obijcimus quidpiam, quod ruditer adumbret inſtrumentũ, quo diſtillamur. Eſt autem nobis id aliter ineffabile, vobis niſi hac imagine inconceptibile. Nolite errare Conſodales noſtri, *Ignis conflans & emundans non pertinet ad*

Gennadius Patriarcha Conſtantinopel in Ex.

ad Beatos in Cœlo vt-pote mundiſsimos nec ad damnatos in gehenna, vtpote inemundabiles, & inemendabiles, ergo pertinet ad animas Purgatorij: In eo igitur eſt ignis conflans & emundans animas juſtorum à leuibus & venialibus maculis. At quid opus argumentatione? nos quod ſentimus, ſimplicisſimè, quia fideliſſimè referimus. Illationibus flexuoſis noſtra non nititur narratio. c Ad

poſitione. Conc. flo-rent. cap. 8.

Ad nos *cùm venitur* (& conueniunt penè quolibet mométo millia millium:) *ſi quis multa opera bona & parum aliquid iniquitatis* leuioris *attulerit illud parum tanquam plumbum igni reſoluitur & purgatur, & totum remanet aurum purum. At ſiquis plus illuc plumbi detulerit plus exuritur, vt amplius decoquatur. Vt etſi parum aliquid ſit*

Orig. hom. vi. in Exod

auri, purgatum tamen reſideat. Quid ſi aliquis totus plūbeus veniret? nō veniet vllus: præcluſus eſt iſtiuſmodi aditus; ſi tamen adueniret aliquis, audiret: *Demergatur in profundum tanquā plumbū in aqua validiſsima* damnationis.

Ignis conflans purgat *filios Leui* nimirū Sacerdotes ſpirituales, qui Deo victimas bonorū operū orationis, cōpūctionis, eleemoſynę obtulerunt, genus electū, *Malach. iii.*

regale ſacerdotũ, gentẽ ſanctã, ſed nõnihil maculatã: purgat Ezechieles, purgat Danieles: nã & hi per ignem examinantur, vt expiati cantent: Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.

Pſal. Lxv. 11.

Admirandam vim apud nos habet Ignis, qui quicquid fidei Chriſtianæ ſuperædificatũ eſt, ſiue aurum, ſiue argentum, ſiue lapides pre-

9. Corin. 3.

precioſos, ſiue lignum, fœnum, ſtipulam, manifeſtum facit, ac probat, ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipit: ſi cuius opus arſerit: detrimentum patitur ædificator ipſe: nihilominus fit ſaluus; ſic tamen quaſi per ignem.

Hîc metaphoram Apoſtoli intelligimus, de qua tricantur mortales. Videmus enim peccata venialia carita- *S. Thom. in 4. d. 21. q. 1. art. 2.*

ti adiuncta pæna ardoris conſumi. Et quia quãto aliquod peccatũ eſt grauius, tãto difficilius purgatur (in peccatis autẽ venialibus inuenitur alterũ altero grauius) eorũ diuerſitas ſignatur per diuerſitatẽ eorũ, quæ facilius & tardius cõſumuntur ab igne. Quædã ſunt grauiſsima in genere venialium, & difficillimè purgabilia, & hæc per lignũ ſignãtur: quædam minima,

quæ per ſtipulam, quædam media, quæ per fœnum.

Vt autẽ noxarum ita pœnarum eſt diſcrimẽ: quod tamẽ non facit, vt hic minima ſit maior quã vlla apud vos maxima. Veriſſimè dixit Auguſtinus antequam experiretur quod nos: an ſit expertus deinde neſcimus, nõdũ taliũ arcanorũ cõſcij, ſed lumine fidei vel reuelationis illuſtratus hæc protulit.

In pſ. XXXVII. *Grauior erit ille ignis quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita: Et noſtis quanta hic paſſi ſunt mali, & poſſunt pati: tanta tamen paſsi ſunt, quanta potuerunt pati & boni. Quid enim quiſque maleficus, latro, adulter, ſceleratus, ſacrilegus pertulit legibus, quod non pertulit Martyr in confeßione Chriſti? Iſta ergo, quæ hic ſunt mala, multo faciliora ſunt.*

Vul-

Vultis aliquid amplius? *Ignis Purgatorij eſt nobis durior, quam quod poßit pœnarum* apud vos in vitā mortali *aut accidere aut ſentiri, aut cogitari.* Ita dixit aliquando Cæſarius Arelatenſis: nos probamus: illudque Anſelmi: *Minimum* ex tormentis noſtris *maius eſt quam maximum quod* à vobis *in vita excogitari poteſt.* Et quid non poteſt excogitare hominis

Cæſar. Arel. Hom. 8.

Anſel. in Elucid.

minis libera ad cõcipiẽ
dũ quidlibet facultas?
Ep.S.Aug. 206. Carthuſian. lib. de ind. anim. c. 14
Qui nos torquet ignis,
nõ minoris eſt efficaciȩ,
quam inferni. vnde pæna æq; grauis, in nos deriuatur, nõ æq; diuturna, quia aliquando finienda. At donec finiatur, doloribus inferni cruciamur: digni, haud dubiè commiſeratione veſtra, digni ſubuentione.

S. Bern.
Illud ſcitote, Sodales, quia poſt vitam ipſam

in Purgatorij locis centupliciter, quæ fuerunt neglecta in vita, reddũtur vſque ad nouiſsimum quadrantem. Qui nobis perpetuo hæret in animo: ſemperq́ue audire videmus perſonantem tubã. *Non exies inde donec etiam nouißimũ minutum reddas.*

ſer. de obitu Humberti.

Matt. v.

Luc. xii.

Hinc illæ aſpirationes noſtræ nunquam interruptæ. Quando tandem erit finis?

S. Aug. lib. de ſpir. & anima.

Quando videbo ciuitatem illam? O Ciuitas ſancta! Ciuitas ſpecioſa! de longinquo ſaluto te, ad te clamo, te requiro. Deſidero enim videre te & requieſcere in te. O Ciuitas deſiderabilis!

Quando videbo diem illam? O dies præclara, in qua audiam: Intra in gaudium Domini tui! O gaudium ſuper gaudium! gaudium vincens omne gaudium!

extra

extra quod nõ eſt gaudium! quando intrabo in te, vt videam Dominum meum qui habitat in te: O carcer! ô ergaſtulũ! ô fornax ignea! ſed magis ô mora! quã longũ mihi es martyrium! ô Mare infinitorũ bonorum quando me ſubmerſam videbo in profundo dulcedinum tuarum! O vtinã tẽpus volaret! horæ feſtinarent, momẽta currerẽt, vt citò illud adſit tẽporis,

ris punctulum, in quo ſub vmbra Domini requieſcam, quē amaui, quem quæſiui, quem opto videre millies vt ſine timore perdendi eum poſſideā. At quid eſt quod me detinet? Heu me! quamdiu dicetur mihi, expecta, reexſpecta? Et quam diu erit exſpectatio mea? reſponſum cuilibet datur Categoricum: donec reddas nouiſſimū quadrantem. At hoc igno-

ignoratur: nec adjungitur in reſponſo, ô cruciatus ingẽs incertitudo liberationis! Inuenimus hîc quoſdam, quos ante nos multis annorũ centurijs vitam mortalẽ reliquiſſe ſatis cõſtat, neq; eſt vllum indicium abitus. Tormenta voluuntur in orbẽ vt rota, & nullum eſt refrigeriũ, quãdo ſiſtetur, ignotum eſt Patienti; ſuggeritur, ſiquis ſciſcitatur. *Nõ eſt veſtrum noſſe tempora aut momenta quæ Pater* *Act.1.*

poſuit in ſua poteſtate.

Videmus hic animas quorundam Sodalium nobis notiſſimorum, quibus pauci tũc erãt, cùm viuerẽt inter mortales comparandi, apud nos hinc inde, quaſi tẽpeſtatis impetu iactari. Nimirum cũ vim feruoris immenſi tolerare nequeãt, proſiliunt miſerę in medium frigoris infeſti, & cũ ibi quoque quidpiam requiei non inueniant, reſiliunt rurſus

V. Beda li. 5. ca. 13. de Drithelmo.

ſus in medium flãmarum, & quidẽ ſine vlla quietis intercapidine. ſic in regione noſtrâ; *Ad nimium calorẽ trãſitur ab aquis niuium.* Iob. xxiv. 19.

An non hæc ſatis magna cauſſa ad Vos recurrendi? Heu! heu! Excoquimur, aſſamur, vociferamus, opemque poſcimus. Sed maximè omnium id dolet, quod à Diuini vultus jucundiſſima contẽplatione tam diu diſtinemur. Id Henr. Suſo in Dia. c. 21

plane

plane animum, cor, sẽſuſque pondere premit intolerabili: Iuuate Sodales.

Poteſtis, ſi vultis, Orationibus ſãctæ Eccleſię, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro ſpiritibus piè defunctorum erogantur, non eſt dubitandum mortuos adjuuari. Hoc enim à Patrib. traditũ, vniuerſa ſeruat Eccleſia. Hæretis? profectò inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, vel diſpu-

S. Aug. ſer. 32. de ver. Apoſ. ho. 10

S. Aug. ep. 118. cap. 1.

diſputare contra id,aut ambigere , quod tota per orbem frequentat Eccleſia.

Eccleſia DEI *viui, Columna & firmamentum veritatis.* Non hæretis, quippe inter fideles ſelecti. Eia igitur ad opus quod facillimum, ſi nõ placet ſupra tumulos Conſodaliũ veſtrorum ſpargere violas,lilia,floreſq; purpureos , quod nõ expetimus fauillam noſtram , & oſſa arida, elee-

2.Timoth. 3.15.

S.Hier. ep. ad Pammach.de obitu Vxor.

eleemoſynæ balſamis rigate. His pigmentis atque odoribus fouete cineres quieſcentes.

Nam reuera. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum.*

Addite oblationem Sacrificij Chriſtiani, per vos, per alios. *Multum ſolet animas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adjuuare.* Orate. *Si hic juſtorũ Orationes, & ſecundum hanc vitam, quantò magis*

S. Greg. li. IV. Dial cap. 55.

S. Dionyſ. Eccl. Hierarc. c. vlt.

magis poſt mortem in illis qui digni ſunt ſacris orationibus operantur: Accumulate ſuffragia; *Quæ magis acceptantur pro mortuo, quàm pro viuo: quia magis indiget; cùm non poßit ſibi auxiliari ſicut Viuus poteſt.* S.Tho.ſupplem.3.p.q.71.ar.5.ad 3.

Ferte opem, Fratres, ſumus enim germanitate tales, quippè Mariano omnes ſinu excepti ac geniti: *Quæcunque vultis vt faciant*

vobis

vobis homines, quod velletis vobis fieri, ſi flammis inuoluti exire non poſſetis, & vos facite nobis. Id poſtulat inita inter nos ſocietas, id leges Marianæ exigūt, id titulus amicitię requirit, id liberalitas veſtra dictat, id iuſtitia quadantenus præſcribit. Itaque quò peruenire prohibemur, ignitis conſtricti vinculis, litteras tranſmittimus, omnium ſignatas lachry-

chrymis , vt totidem gemmis.ſingulorum eſt ſubſcriptio breuis, gemituum infinitorum epitome : *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.* Benè valete, ſapite, ac Nouiſſima prouidete.

Datum

Ex ergaſtulis ſubterraneis,

Vbi

Ad nimium calorem tranſitur ab aquis niuiũ

Kalend.

Kalend. Ianuar. Anno CHRISTI Iuſti Iudicis M.DC.XLIII.

Veſtri memores inter flammas Defuncti in Domino

SODALES *Purgatorij, quos præmiſiſtis, ſequuturi.*

MAXIMILIANI SANDAEI COMMENTATIONES DE PVRGATORIO.

DISCEPTATIO.

AN PVRGATORIVM SIT locus Iuſtitiæ potius, quàm Clementiæ, vel Miſericordiæ.

SERMO I.

Purgatorij certitudo, & delineatio.

Concilium Tridentinum ſeſſione xxv.

CVm Catholica Eccleſia Spiritu Sancto edocta ex Sacris litteris, & antiqua Patrum traditione in Sacris Concilijs, & nouiſſimè in hac Oecumenicâ Synodo docuerit, Purgatorium eſſe; animas ibi detentas fidelium ſuffragijs, potiſſimùm verò accep-

tabili Altaris ſacrificio inuari: præcipit S. Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, & à S. Patribus, & à Sacris Concilijs traditam, à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter ſtudeant.

Purgatorij delineatio.

EST locus aliquis in hoc vniuerſo, à mortalium oculis ſubductus, in quo, tanquam in cæco carcere, & nullis amœni luminis facibus illuſtrato ſpecu, deliteſcunt fidelium demortuorum animæ illæ, quæ vel in hac vitâ à lethalibus expiatæ noxijs, ſed ſubobſcuris quotidianarum imperfectionum maculis nondum planè elutis; vel culparum, quà grauium, quà leuium omni fædâ labe eraſâ, at ſatisfactionis debitæ niueo nondum planè exornatæ, hinc diſceſſerunt: ideoque ad plenam ſemel dealbatæ cycladis, olim in Sacramēti latice emundationem, in hac, veluti Iuſtitiæ diuinæ fullonicâ perpurgantur. Siue hoc fiat vindicatrice crepitantium flammarum acrimoniâ, ſiue ſulphureo vndarum putentium cruciatū, ſiue intoleran-

tolerando mortalibus acerrimi frigoris rigore, ſiue flagellorũ vi diuinâ incuſſorum diuerberatione, ſiue alijs quibuſcumque, nobis non omninò cognitis, ſed in Diuinis oraculis, per ignem, tenebras, vermes, vincula, ſtridorem dentium, frigus, ac ſimilia apud mortales vſitata ſuppliciorum inſtrumenta, ſatis indicatis.

ESSE autem iſtiuſmodi animarum receptaculum, non eſt ex nouitio alicuius malè ſani cerebri commento, recens dogma; vt comminiſcebantur hæretici VValdenſes, apud Guidonem Carmelitam. Non eſt figmentum Romanenſium Chriſtianorum, vt iactabant Albigenſes, de quibus Sanctus Antoninus. Non eſt error Occidentalium, vt Orientalium quidam Græculi ſpargebant: quod conſtat ex Concilio Florentino. Non eſt Papiſtarum terriculamentum, vti ſentiunt cum ſuo Patriarcha Lutherani. Non ſunt fabulæ ſuauiter delirantium, vt cum peſsimo doctore, haud melior diſcipulus calumniatur Beza, ac Bucerus. Non eſt exitiale Satanæ commentum;

Hæreticorum dicteria in Purgatorium.
Guido Carm. V. VValdenſ.
Gualt. in Tab. Chro.
S. Antoni. 4. p. Sum. tit. 11. ca. 7 §. 3.
Conc. Flor.
Bellar. de Purg. lib. 1. ca. 1. & 6.

quod Chriſti Crucem euacuet: quod contumeliam non ferendam Miſericordiæ diuinæ irroget: denique, quod fidem noſtram labefaciat, & euertat, vti, tanquam è tripode pronunciat, Purgatorij hoſtis iuratus Ioannes Caluinus.

Dogma fidei Purgatorium eſſe.

Sed eſt dogma fidei Chriſtianæ, erutum ex Scripturæ diuinæ effatis, ſancitum Apoſtolicarum litterarum decretis, acceptum traditione per manus maiorum, cuius eſt immemorabile exordium: ſtabilitum deciſione Conciliorum œcumenicorum, quæ regente Diuino Spiritu cum Capite ſuo errare non poſſunt: confirmatum Conſtitutionibus Eccleſiaſticis: declaratum grauiſsimorum Patrum, non minus Græcorum, quam Latinorum, fide dignis, luculentiſsimiſque aſſertionibus: roboratum ſubtiliſsimis Scholaſticorum diſputationibus: fundatum in ipſis naturæ legibus: denique à mille ſexcentis annis in Eccleſia orthodoxâ ab Euangelij Præconibus, in templis populariter ad vulgi perſuaſionem, ac motum, in gymnaſijs

ſub-

ſubtiliter ad fidei declarationem, & intellectus, in obſequium fidei captiuati, illuſtrationem, explicatum. At noſtris infelicifsimis temporibus, ab hominibus quibuſdam tam ellebori, quàm ignis purgatione indigis, ad morum diſſolutionem inducendam, & Eccleſiaſticam omnem diſciplinam eneruandam in dubium vocatum.

Origo Purgatorij mendaciter recens apud Nouatores.

QVI inprimis pernegant antiquam eius originem. Nam errorum magiſtros ſequuti in Gallia Marrommiſtæ adſcribunt illam Sarbonicis ac Monachis. Lambertus Danæus Odiloni Abbati Cluniacenſi, qui ſub Dagoberto Rege vixit. *Hic Abbas*, inquit, *primus docuit, quaſdam eſſe pœnas Purgatorij.* Lucas Lofsius Germanus commentario in libros Alcuini de Trinitate audacter peierat, quod perſuaſio de Purgatorio principium ſumpſerit ex apparitionibus ſpirituum, qui tempore Gregorij Magni ſe videndos exhibuere. Alius quidam tenebrio recentiſsimæ memoriæ, qui nomen ſuum quattuor litteris occulit, M. D. L. M. in littera, quam vocat My-

Mammoriſta. Inſtruct. p. 6. InEnchiri. Fran. Feuarden. in Theomachiâ Calui. lib. 11. c. 2. Libellus de vltima cõſpiratione in Comitem Mauritiũ Leidæ impreſſus anno 1602.

 ſticam

ſticam diuinam iuſtitiam, quæ in Purgatorio exercetur, deridens, carcerem illum ſubterraneum animarum appellat Odilonis Aethnam, cuius os vnum pateat in Hibernia, aliud in Sicilia, tertium Puteolis: Balneum incenſum Gregorij: Chimæram Alcuini: locum Bedæ incognitum.

Purgatorium varie nominatur

ERRATIS falſitatis patroni, temporis noſtri Luciani, & erronum mancipia. Purgatorium, quod (vt vmbratile vocis certamen declinemus) appellare poſſumus, *Lacum*, in quo non eſt aqua, ex Zachariæ Prophetæ Vaticinio: vel nouiſsimi quadrantis exſoluendi carcerem, ex Verbi diuini enunciato apud Matthæum, & Lucam: vel expectantium hoſpitium, vt loquitur vir ſapientia cœleſti excellentiſsimus Gregorius Nazianzenus: vel Sacramentum eluens, vt habet antiquiſsimus ſcriptor Origenes: vel Fluuium igneum, vt exprimit Emiſſenus: vel igneum animarum Baptiſmum, vt illud deſcribit Gregorius Theologus: vel, ſi ma-

Zach. 9 11.
Matth 5.
Luc. 12.
Naz. orat. ad Cæſari.
Orig. hom. 14. in Luc.
Emiſſ. ho. 3 de Epiph.
Naz. orat. in SS. lumina.

ſi magis placet, Fornacem emendatoriam: auri bonorum fidelium impuri Conflatorium: ſperantium, in altera vita, ad quem adhæreant, ſcopulum: ſpirituum excruciatorias Thermas: animarum Balneum purgans: Gehennæ viciniam; PVRGATORIVM dico, non eſt inuentio humana, ſed conſtitutio diuina; cuius fides ad ſalutem eſt neceſſaria.

QVOD cum anno ſuperiori ſatis ſuperque à nobis ex hoc eodem loco ſit demonſtratum, aliò ſermonem conuertemus hoc tempore, diſputabimuſque, quod inquiſitione noſtrà, & attentione veſtrâ dignum inprimis videtur, *An Purgatorium Iuſtitiæ potius, quàm Clementiæ ſeu Miſericordiæ, ſit appellandum tribunal?* Quæ quæſtio, quamuis diſceptationi ſcholaſticæ videri poſsit accommodatior, quàm parœneſi, ideoque in ſcholarum ſubſellijs ad concertationem agitandā potius, quàm in exedrâ ſacrâ ad exhortationem explicanda; tamen ita illius difficultatem ſubtilitatemque *Argumētum diſceptationis ſacra.* NOTA.

totius rei, facilitate proponendi, & dicendi ſimplicitate temperabo, vt ſpes ſit, non minus quæſtionem intellectui, quàm parænesim voluntati; aut potius parenæticam quęſtionem vtrique, ideoque inſtitutioni Christianæ fore peraccommodatam.

NOTÆ.

AVCTORES nomino, qui ex profeſſo Purgatorij fidem ſtabiliuerunt. Robertus Bellarminus, & Gregorius de Valentia in Controuerſijs fidei. Franciſcus Suarez *Tom. 4. in 3. part. Diſputat. 45. 46. 47. de Purgatorio*, Henricus Henriquez *lib. eod. tit.* Aegidius Coninck *de Sacr. diſputat. 11. de Purgator.* Ioannes Præpoſitus *Tit. de Pœnit. quæſt. 13.* quæ eſt *de Purgatorio*; Adamus Tannerus *3. part. diſputat. 6 quæſt. 8.* Præter hos legentur vtiliter Dionyſius Carthuſianus *de quatuor nouiſſimis.* Libellus, MARIA *Patrona fidelium animarum*, Rodericus

Quæ-

Quæſtionum Regular. *tomo* 2. *q.* 91. Liber, cuius titulus, *Rogus damnatorum*. Roas *de Purgatorio*. Ioan. Euſebius Nieremberg *tractatu de Purgatorio*. Pinellus *lib. de altera vita*. Alexius de Salo *in Triumpho*: Stephanus Binet *de ſtatu animar. Purgat.* Aduocatus *Animarum* Bonnyers. *Libellus inſriptus, Modus ſe citò ditandi.* Iudoci Andries, *Purgatorium* Catholicè aſſertum, cum incitamentis, ac methodis ſuffragandi. Antonius Dauroultius *in Cathechiſmo hiſtor. cap.* 5. Bellarminus Opuſc. *de Gemitu Columbæ*, Leonardus Leſsius *lib.* 13. *de Perfectionibus* DEI, qui eſt *de Iuſtitia & Ira* DEI *cap.* 17. Iacobus Salianus *lib.* 7. *de Timore Dei*, *cap.* 11.

(∴)

SERMO II.

Purgatorium videri Iuſtitiæ tribunal.

IVSTVS *es Domine*, *& omnia iudicia tua iuſta ſunt.* Tob. III. 2.

Quattuor loca ſubterranea ad recipiēdas demortuorum animas.

VT expeditior ſit de quæſtione grauiſsimâ, ac vtiliſsimâ dijudicatio, præmitto, quod apud Catholicos inconfeſſo eſt; Quattuor eſſe in telluris intimo receſſu, animarum hinc emigrantium receptacula: vnum pro æternùm damnatis: alterum pro temporariè expurgandis: aliud pro infantibus ſine vndâ ſalutari decedentibus: vltimum pro iuſtis, qui ante Chriſti Paſsionem debitum mortalitatis exſoluebant, olim multitudine incolentium frequens, ac populoſum, deſertum modò. Primum appellatur *Infernus*, ſecundum *Purgatorium*: tertium, *Limbus puerorum*, quartum, *Limbus Patrum*. Præter hæc eſt Beatorum ſedes, quam Cœ-

Cœlorum nomine deſignamus. In omnibus his Iuſtitiæ Miſericordiæque conſociationem quandam reperiri certum eſt, ita tamen, vt quæ, in quibuſdam imperij prærogatiuâ excellat, haud ſit difficile diſcernere.

In cœlis Miſericordia. IN cœlis Miſericordiæ ſolium Iuſtitiæ throno iunctum eſſe nemo dubitat, ita tamen, vt multis gradibus Miſericordiæ ſella emineat. Nam ſi Angelos contemplere, opus fuit Miſericordiæ, illos creatos eſſe in gratia: Miſericordiæ officium; propria voluntate, diuino fauore nixa ac firmata, perſeueraſſe in gratia: Miſericordiæ fætus, confirmatos eſſe in gratia. Iuſtitiæ quædam pars, ſed non abſque Miſericordiæ nutu vnicâ actione mercedem obtinuiſſe nunquam interituræ gloriæ. Si hominum in cœlis agentium habeatur ratio, agnoſcunt illi Miſericordiam in dilectione electioneque æterna: deprædicant eandem in prædeſtinatione gratuitâ: ſuſpiciunt in vocatione: Quia *non eſt volentis, neque currentis,*

ſed miſerentis DEI. Romanor. IX.16. *Vocauit nos vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam.* 2. Timoth. 13. Venerantur Miſericordiam in Iuſtificatione. Sunt enim *iuſtificati per gratiam ipſius.* ad Roman. 3. 24. Iuſtitiam exoſculantur; ſed Miſericordiæ nexam in glorificatione: Eſt enim vita æterna laborum merces copioſa, Matthæi v. 12. certaminis brauium, pugnantium corona Iuſtitiæ. II. ad Timoth. IV. 7. At ô! quam miſericors eſt Iuſtitia, vt momentaneæ tribulationi *æternum gloriæ pondus* retribuatur II. Corinth IV. 17. Vt detur menſura bona, conferta, coagitata, ſupereffluens? Lucæ VI. 38. Profectò, tam miſericors eſt hæc Iuſtitia, vt mutatâ penè natura, non in ſororis tantùm ſpæ ius, ſed & appellationem conceſsiſſe videatur. Siquidem, quæ Iuſtitia, eadem eſt gratia. Ita Paulus indicat ad Romanos VI. 23. *Stipendia peccati mors.* en Iuſtitiam: *Gratia*

In cœlo Iuſtitia.

In cœlo eminet Iuſtitia.

tia autem DEI *vita æterna.* Cùm poſſet Paulus dicere, & rectè dicere, inquit in hac materia verſatiſsimus Auguſtinus, libro de gratia & libero arbitrio cap. 9. *Stipendium autem Iuſtitiæ eſt vita æterna*, maluit tamen dicere, Gratia autem DEI vita æterna; vt intelligeremus, non pro meritis noſtris, nimirum, noſtræ naturæ ſolius, DEVM nos ad æternam vitam, ſed pro ſua miſeratione perducere: quia eius miſeratione opera facimus, quibus corona reddetur. Verè enim *coronat nos Dominus in miſericordia, & miſerationibus.* pſal. CII. 4. id eſt, propter opera facta ex eius miſericordia. *Domine in cælo Miſericordia tua!* Pſalmo XXXV. 6. *Magna eſt ſuper cælos Miſericordia tua!* pſalmo CVII. 5. *Exaltata eſt ſuper cælos, Miſericordia tua!* Eſt igitur Cœlum Miſericordiæ ac Clementiæ magis, quàm Iuſtitiæ regia.

In Inferno Iuſtitia regnat.

OPPOSITVS autem Cœlo locus eſt *Infernus*, damnatorū carnificina. Hic Iuſtitiæ potiſsimùm eſt Imperium; mixtum tamen cum Miſericordiæ decretis;

cretis; ſed ſupereminet Iuſtitia. Cuius eſt à gloriâ æterna reiectio, ſegregatio ab electis, reprobatio, ſeuera punitio, atrox ſupplicium. Interuenit nihilominus Miſericordia, cuius ille eſt fauor, vt citra cōdignū puniātur, qui grauiori pœna digni ſunt: vt nō ſtatim vitales flāmæ totū hominem inuoluāt: corpori etenim aliquot annorū vel millibus, vel centurijs parcitur: vt anima penitus, in antiquum ex quo olim extracta fuit nihili chaos non relabatur: relaberetur, quia meruit, annihilationis interitum, niſi Miſericordia aduocationē ante Iuſtitiæ tribunal præſtaret. Bona patrocinatrix Miſericordia, quæ vbique clientibus præſto: nunquam, ac nullibi deſerit. *Quò ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam! Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades.*

Pſal. CXXXVIII.

Limbus PP. vacuus

In Limbo puerorum Miſericordia & Iuſtitia.

Limbum Patrum antiquorum exhauſit Miſericordia. In puerorum non luſtratorum domicilio reſidet Iuſtitia. Vnius ob noxam, & plus ęquo vxorij hominis momentaneas delitias, tot millia nepotulorum æternùm de-

inens,

tinens & caſtigans, quid horremus? Sic meruêre patres. Sed non ſinit Miſericordia ijs, qui propria nõ ſunt lapſi voluntate ſenſitiui doloris, magniq́ue mæroris flagellum incuti.

PVRGATORIVM ſupereſt, de quo hæreo, nec facilè dixerim, cuinam potiſsimùm, tanquam propria ſedes, adiudicandum ſit. Sunt enim grauiores pro Iuſtitia, pro Miſericordia fortaſſe haud leuiores rationes, quæ hanc cauſam dubiam, perplexamq́ue faciunt. Et ſanè Iuſtitiam hic imperare, eamq́ue rigidam & immotam, illud imprimis indicio eſt, quod in Purgatorio de amicis, ac domeſticis, addo de filijs & heredibus pœnæ ſumantur: quod non niſi in proprio Iuſtitiæ regno contingere paſsim creditur. Exteros ad pænam vocare, aut rapere, inimicos tormentis ſubijcere, hoſtes pro demeritis plectere, malefactoribus aduerſarijs ſupplicia irrogare, cuiuslibet eſt, poteſtatem in Republica aliquam, aut domi ſuæ habentis. At amicis, boni publici & iuſtitiæ amore, dicam ſcribere, in familiares

In Purgatorio regnat Iuſtitia.

I.
Quia meo puniuntur Amici. Domeſtici Filij. Heredes.

manus

hoc cogitaret, cetera Principi ſuo permitteret.

Quid ille? animi æger & ſaucius, filium ad ſe vocatum primò examinauit, tum confeſſum peſsimis verbis, miniſque acceptum dimiſit. Et mox minas in rem contulit: ac triduo poſt, „ cùm aliquamdiu in pectore Patris ac Principis, Filius & Iuſtitia pugnaſſent, hac vincente, fauces Muſtafæ neruo arcus iuſsit confringi, ac morte filij Iuſtitiæ æquè ac Pudicitiæ litari. Factum bonum Iuſtitiæ aſſerendæ, ſine quâ, ferarum more, in Republica viuitur. Sed hoc factum nemo Miſericordiæ adſcripſerit, cuius mitiora in filium & heredem fuiſſent haud dubiè placita.

Muſtafam filium ſtrangulari iubet.

Lipſius lib. 2. Exemp. cap. 8. §. 8.

VIDIT & horruit parentum noſtrorum ætas haud diſsimile ſeueritatis paternæ, ſed iuſtæ à Principe Chriſtiano exemplum. Quando Magnus in orbe noſtro & alio, Rex filium vnicum, ſed non vni regno educatum: at iuuenem acrem, vehementem, & ſupra modum, vt ferebant, ambitioſum ac imperij cupidum ante tempus, nouan-

Philippus II.

NOTÆ.

dis rebus intentum, & de patre è medio tollendo ſuſpectum, in carcerem domeſticum conijci, tū legitimè Iudicum ſententijs damnatum, clam, vt regij nominis maieſtati conſuleretur, propinato in iuſculo veneno vita mandauit priuari. Sic enim interijſſe Carolum Philippi II. Regis Catholici tunc vnigenitum plurimi ſcribunt, & fuit creditum; verò-ne an falsò noſtrum non eſt aſſerere. Illud adiunxiſſe ſatis habeam: hoc facto longè lateque per populos ſparſo, magnum terrorem de ſe iuſtiſsimum Regem cunctis ditionis ſuæ gentibus incuſsiſſe: domeſticis etiam, nullam in eo diſsimulationis prauæ ſpem collocantibus, qui proprio filio non peperciſſet. Quo nomine magnoperè à Pio V. Pont. Max. Philippum Regem laudatum fuiſſe perhibent eius temporis ſcriptores.

Quæ perſonæ torqueantur in Purgatorio NOTÆ.

IAM verò hic Iuſtitiæ rigor in Purgatorio viget, in quo nullus torquetur, niſi DEI amicus, familiaris, domeſticus, filius, heres.

Non me latet opinationem fuiſſe

Ori-

gepis Adamantij inimicos etiam DEI, nec homines modò, ſed & cacodæmones purgatricibus flammis vſtulari. Nimirum, ille intempeſtiuè contra Iudicis æterni decretum miſericors, omnes tandem, Inferno euacuato, à pœnis liberandos contendebat. Quod etiamnum ſomniant Iudæorum Rabbini aliqui, inter quos recentiſsimè in Hollandia, vbi eſt malè ſentientium ac docentium confl·ges iſtiuſmodi, *Menaſſeh Ben-Iſrael*, in Problematis de creatione, problemate 17. apertè ſcribit, animas impiorum aliquando pœnis, & cruciatibus liberatum iri, quia eorum tormenta non ſunt perpetua. At, quo id Scripturę diuinę teſtimonio probat? Quia ſapientiſsima Abigail placare volens Dauidem, dicit: *Erit anima Domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuētium apud Dominum DEVM tuum*: id ex, perpetuò viuet vnita DEO in paradiſo: *porro, inimicorum tuorum anima rotabitur quaſi in impetu, & circulo funda*, 1. Reg xxv. 29. hoc eſt, animæ hominum malorum ac impiorum nunquam quietis fient participes, ſed ſemper inquietabuntur,

Amſtelodami An. 1635.

buntur, haud aliter, quam in funda lapillus antequam eijciatur, nunc huc nunc illuc agitatur: nam ſurſum aſcendere conantes deſtituuntur alis virtutis, ac bonorum operum; & ad corpus redire cupientes non inueniunt illud. Quoniam tamen, inquit, eiuſmodi animæ nondum ſunt abiectæ in locum longinquum, & remotum, ſicuti petræ funda proijci ſolent, ſed ſine emiſsione quaſi in fundo & centro fundæ hærent, vſque dum vitia eluerint, & purgauerint, æternùm non punientur.

Ridicula probatio, Rabbinico digna cerebro; quaſi non ſemper in funda, aut alicubi, tanquam in fundâ: nam hoc comparatio ſolùm exigit, manere poſsint & volare iugiter: id eſt, perpetua inquietudine, & turbatione aſsidua vexari, inſtar Siſyphi & Tantali, quos ipſe ex Homero in Odyſſea nominat. At ſolidius. non eſt ibi de animabus iuſtis & iniuſtis, puris ac impuris cum reſpectu ad alterius vitæ præmium, vel pœnam ſermo: Sed de Dauide, & eius aduerſarijs. Dicit igitur facunda

cunda Oratrix, ſumptâ metaphorâ ab Agricolis, qui deciſas arbore virgulas, ſeu ſurculos colligunt in faſciculum, & aquam infundunt, ne areſcant: Mi Rex, videris in hoc tuo exilio, veluti ramus ab arbore auulſus; non deſpondeas animum, diuina prouidentiæ cura in vita conſeruaberis, & ab hoſtibus, te ad necem quærentibus defenderis. Illi autem profugi ac vagi diſsipabuntur, & diſpergentur, vt lapides, quos fundâ circũmacta longè à nobis proijcimus. Sed omiſsis iſtis, qui ne impiorum pœnas æternas faciant, eorum animas, remittunt denuo in mũdum & in corpus, per μετεμψύχωσιν, ſeu tranſmigrationem, vt apud Hebræos Cabaliſtæ nugantur.

Nos Chriſto, cui Sacramentum diximus, fidem adhibeamus, cuius ſeuera ſententia aliud ſonat: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius*, Matthæi xxv. 41. Et ne fortè excipias, ignem eſſe æternum, ſed non manſionem in igne, concludit Dominus verſu 46. *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.*

Quid

Quid etiam clarius illo Apocalypſis xx. 9. *Diabolus, qui ſeducebat eos; miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & Beſtia, & Pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum?*

Errores circa Purgatorij incolas.

QVIBVS alijſque in Sacro Codice expreſsis enunciatis cõuelluntur quoque illorum perſuaſiones vanæ, qui cenſebant, non quidem Diabolum Purgatorio ad cruciatum perferendum, ac perſoluendas pœnas contineri; tamen hominum omnium, quamuis grauiſsimorum peccatorum, pœnas, poſt vitam hanc purgatorias eſſe. Pro quo errore extat liber Staniſlai Anabaptiſtæ, qui inſcribitur *Philanthropia diuina.* Quod quidam aſſerebant ſolum de Chriſtianis, ſiue hæreticis, ſiue Catholicis. Alij ſentiebant, de omnibus, qui aliquando Catholici fuiſſent. Ergon' de flagitioſis Catholicis nõ intelligitur, quod de omnibus aſſeueranter pronunciat Apoſtolus? *Qui talia agunt, regnum DEI non poſsidebunt.* Galaticæ v. 21. Nonnulli opinabantur de eis, qui in fide perſeueraſſent. Hos enim quamuis peſsimè vitam tranſegiſſent,

Vide August. lib. 21 de ciuit. cap. 18. 24.

August. ibid. cap. 19. & 25.

Cap. 20. & 25.

giſſent, volebant Purgatorium ſolùm ſuſtinere, ac ſaluos fieri quaſi per ignē, Verùm, de perſeuerantibus in fide, non in pietate, ac malè viuentibus lego: *Paleas comburet igne inextinguibili.* Matthæi III. 12. De ijſdem immiſericordibus: *Ite in ignem æternum,* Matthæi XXV. 41. *Lib. 21. cap. 25. & 26.*

Statutum eſt à DEO iudice decreto nunquam mouendo, quod Legiſlatoris mandato promulgauit fidelibus Paulus, fidelis præco: *An neſcitis, quia iniqui regnum DEI non poſsidebunt? Nolite errare. Neq; fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum* DEI *poſſidebunt.* I. Corinthior. VI. 9, 10. An non hæc multorum in Chriſtum credentium ſunt crimina?

NON defuerunt, qui de ijs arbitrabantur id intelligendum, qui eleemoſynis largiendis in vita fuiſſent eximij: hos enim omnes per ignem purgatorium ſaluandos aiebant, licet in ſceleribus ad mortem vſque perſeue- *Refellit S. Aug. in Enchirid. cap 75. lib. 21. de ciuit. cap. 22. 27.*

ſeueraſſent. Sed notum eſt vel ex catecheticis inſtitutionibus, plura, quàm eleemoſynam ad ſanctificationem, ſine qua nemo ſalutem conſequitur, poſtulari. *Si pænitentiam non habueritis, omnes ſimul peribitis*, inquit ipſe Saluator Lucæ XIII.3. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*. I. ad Corinth. XIII.3. Qualem autem caritatem habet ille, qui DEVM offendere non veretur, aut poſtquam offenderit, non quærit per media conuenientia reconciliationem?

Diuerſa parte, nimis auſteri nonnulli, exiſtimabant in Purgatorium ablegari omnes, & tam malos, quàm inſignitè probos, vno dempto, Chriſto, pænas luere. Horum caperatam ſeueritudinis tyrannicæ frontem contudit Concilium Florentinum, cuius eſt iſta definitio: Aliquas animas in infernum, aliquas in Purgatorium, aliquas in cælum mox recipi poſt mortem. Quò migrare paruulos luſtrali vndâ tinctos, ſi ſubitò hinc abripiantur; itemque Martyres, & ab omni labe criminis,

nis, pœnæque reatu liberos Orthodoxorum eſt conſenſus. Atque ideò Purgatorium iȷs deſtinatum eſſe, qui cum nullius lethiferi criminis ſibi ſint conſcij, & quod inde ſequitur, DEO per gratiam ſanctificantem cari, ac non amici ſolùm, ſed in ſortem filiorum adoptati, culpis longè minoribus, aut nondum plenè expiatis maioribus, hanc caſtigationem ſunt promeriti.

ERAT DEO de proximo amicus Paſchaſius Apoſtolicæ Sedis Diaconus, vir miræ ſanctitatis, ſi Papæ Gregorio credimus narranti, cultor pauperum, contemptor ſui, eleemoſynarum maximè operibus vacans, & quod mirandum, ope poſt mortem præſtita, ac miraculis clarus. At Purgatorij carnificinam, quam in balneis angularibus ſuſtinuit, Patre iudice, acerbiſſimam ſenſit. *Paſchaſius Diaconus. S Greg. lib 4. Dial. cap. 40.*

Erat DEI domeſticus SEVERINVS Colonienſis Epiſcopus, omnibus religionis ſacroſanctæ officijs mirè deditus: ſed hunc ſubterraneum carcerem, Patre DEO iuſtitiam adminiſtrante, ſubire, meoque tormentis excruciari *Seuerinus Col. Epiſc. Baron. ad An. 1061. ex Petro Damiani epiſt. 14. ad Deſidor. Abb.*

diriſsimis debuit, antequam ad conſpectum genitoris admitteretur.

Benedictus VIII. PP. *Dam. Epiſt cap. 4.* *Specul. exemp.*

Non erat DEO inuiſus Benedictus VIII. Pontifex Max. Chriſti in terris Vicarius, quem Cardinalis Sanctus Petrus Damiani epiſtola ad Dominicum, ab Epiſcopo, qui Capreis præerat, poſt mortem equo nigro, quaſi corporaliter inſidentem, ſeque infelicem ob grauia Purgatorij tormenta dicentem, viſum, auditumque ſcribit: addentem inſuper, poſſe ſe eleemoſynarum largitionibus liberari. Nam à ſe in vita factas, quoniam de rapinis, iniuſtiſque bonis erant, nihil profuiſſe.

Iuſtus Monachus. *S. Greg. l. 4. Dial. cap. 55.* *S. Ber. in vita Malach.* *In vita S. Ber.* *Ditelmus.*

Filius erat Iuſtus Monachus, apud D. Gregorium: filia DEI quæ S. Malachiæ apparuit apud S. Bernardum: heres DEI cæliqùe Religioſus, qui Abbati Bernardo, diſcipulus, qui Anſelmo, Ditelmus apud Bedam; & tot alij è clauſtris, poſt vitam ſanctiſsimè actam ad tribunal incorrupti Iudicis rapti, & ad lacum ſine aqua, vt eſt apud Zachariam condemnati, verè experti ſunt iuſtiſ-

ſimum

ſimum meritò haberi, qui filijs & heredibus ſine adfectu, vel aſpectu iuſtitiam adminiſtrat. An non hæc conuincunt Iuſtitiam in Purgatorio præ Miſericordia regale ſolium fixiſſe?

II. *Quia ſeuerè puniuntur ob leuia, peccata.*

C V I adſtipulatur, quod non in filios ſolùm ſe exerat, ſed in eos filios, qui leuiſsimorum erratorum ſunt rei: hos enim ſeuere punire, incorruptam planè Iuſtitiam, eamque ſolam, penè amandata Miſericordia, arguit. Qui filium parricidij conuictum necat, vt ſuperiori ſeculo Soleimannus Muſtafam è Boſphorâna interemit, & Baiazitum è Roxolana ſuſceptum interficere voluit: qui ablegat poſt fratris confeſſam cædem, vt Abſalonem Dauid: qui domo eijcit poſt turbas in familiam inuectas: qui carceri mancipat ob inſidias ſibi factas, Iuſtitiæ commendationem meretur, ſed ſeueriſsimus non audit. At qui ob verba minus decentia, riſum non ita, vt mo-

Lipſius lib 2. Exemp cap. 5. n. 11

deſtiæ canon exigit,temperatum, leuitatem in geſtu corporis, ſub tam iracundiæ motiunculam in filium inſurgeret,famulis aut mancipijs, detracto ornatu,fuſtigandum traderet, immò carnificem aduocaret,& infami caſtigatione, defectum luere, abſque remiſsione vellet,mandaret, exequeretur, næ ille clementiæ penè oblitus, auſteræ,rigidæque,ſiue Iuſtitiæ ſanguinem præproperè elicientis, ſiue crudelitatis, & furoris inſimularetur.

Peccatorum venialium in Purgatorio punitorum index.

NVNC autem conſtat in Purgatorio filiorum peccata plecti, neque grauia vnquam, niſi iam remiſſa, neque multa ſemper, ſed eà, quæ leuia, aut à remiſsionis facilitate, venialia vocitare ſolemus: quorum non rarò vnum aliquod, quod è vita abeuntem macula deformauit, expiandum eſt. Quantula, ſodes, res illa fuit, vrbis ac prouinciæ ampliſsimæ Hierarcham, infinitis penè negocijs in gregis ſibi commiſsi ſalute procuranda diſtentum, ac penè obrutum, Eccleſiaſticas preces, non

quidem omiſiſſe, ſed temporum ſtata interualla non accuratè obſeruaſſe? Ob hac tamen paleas comburendas in Purgatorij clibanum quauis calcaria magis ardentem miſſus fuit SEVERINVS Antiſtes. Cui non lego vitio datum, à quo maximè abhorrebat, ſubiectos ſibi populos indignis vetitiſque modis diuexaſſe: priuatis magis, & familiæ aut cognatorum commodis, quàm publico Eccleſiæ bono, cum gregis iniuria, ſtuduiſſe: ſuperfluis reditibus, & pauperis CHRISTI patrimonio extremè egentes, petenteſque ſuppliciter non ſubleuaſſe: denique, potationibus diurnis, ac nocturnis, voluptati, libidini, & improbis cupiditatibus ſacra & profana poſthabuiſſe. Nam hoc ferrum non adlambet Purgatorij ad tempus, ſed igniet Inferni æternùm animata flamma.

QVANTVM, quæſo te, ſcelus eſt, Sacerdotem leui vel ſarcaſmo, vel cachinno ridiculè excepiſſe? & ſe maiori digniorique parumper, animi cauſa, illuſiſſe? Sed ob hanc ſtipulam bo-

norum operum argento, & caritatis auro miſtam igne abſumendam in Purgatorij camino rotari debuit fæmina, quæ D. videndam ſe præbuit Malachiæ. Cuius culpæ non erant, quæ hoc tempore plurimorum: Clericis, Sacerdotibus, Religioſis infamiæ notas mẽdaciſsimis detractionibus inuſſiſſe; illorum vitam, religionemque fœdiſsimis narratiunculis apud plebem & optimates traduxiſſe, ipſorum neceſsitatibus, ac commodis inſidias malignè ſtruxiſſe. Hæc æternarum in inferno flammarum, non temporariæ in Purgatorio pyræ fomenta fore nouimus.

QVANTVLA illa, precor, cenſenda noxia, Romanæ Sedis Diaconum Cardinalem in Pontificis electione, proprij iudicij, ſententiæque tenacem, ceterornm ſuffragantium calculis minus ſe fauentem præbuiſſe? Ob hanc tamen ſcoriam, fuluo præclariſſimarum virtutum metallo adhærentem decoquendam Paſchaſius Purgatorij ſulphureis vndis exæſtuante labro

bro non paruo tempore merſus hæſit. Cui minimè fuit obiectum, cuius criminis non fuit conſcius ſibi ille, vtinam non eſſent alij, Eccleſiaſticæ dignitatis ambitioſum prenſatorem, Simoniacum emptorem, venditoremque, violentum inuaſorem, libidinoſum, auarumque inſeſſorem fuiſſe, aut ſimilibus opitulatum. Hæc enim Inferni ſempiternis cruciamentis adſeruantur.

DENIQVE, quantum iſtud piaculum, Eccleſiaſtem, Doctorem, Magiſtrum, Patrem-familias, non quidem falſa, & à fide orthodoxa aliena auditoribus ſuis proponere, & inculcare; Sed, cùm ſuperædificat fundamento, quod eſt CHRISTVS, & vera fides, aurum, argentum, lapides precioſos, id eſt, tum doctrinam vtilem & ſalutarem, tum opera bona, admiſcere interdum, vt fit, aliqua vel incogitantia, vel ſocordia culpabili, lignum, fænum, ſtipulam, hoc eſt, non omninò falſa, diſtorta, praua, ſed

ſuperuacanea, inutilia, verba ocioſa, riſum immoderatum, dicta factaque abſque honeſto fine iocoſa, ſimiliaque peccata, vt vocamus, venialia. Et tamen opus hoc ex ligno, fæno, ſtipula iſtiuſmodi compactum ignis probabit: ac ſi arſerit, detrimentum patietur. Architectus quidem illius fabricæ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, vt loquitur Paulus in priori ad Corinthios tertio capite. Inflammabit emendatoria purgantis carceris fornax fænum, lignum, ac ſtipulam, videlicet leuia errata, illosque etiam ad purum excoquet, qui culpis omnibus remiſsis, reatum pænæ aliquem ſecum detulerint, illi tamen tandem ſalutem conſequentur.

Hic inſerenda eſſent exempla eorum, qui ob leuiſsima quædam negligenter commiſſa, Purgatorio fuere addicti, nullo perſonarum diſcrimine. Subiungantur ex maximo numero aliquot.

Viſio S. Gertrudis. Relatu imprimis dignum eſt, quod ex libro quinto Inſinuationis diuinæ pietatis S. Gertrudis capite VIII. quod inſcri-

inſcribitur, *de animabus quàm exactè purgata ſint pro negligentiis*, narrat Religioſiſsimus Abbas Ludouicus Bloſius in Monili Spirituali cap. XIII. Cum quædam Virgo monaſterij S. Gertrudis, poſt iuuenilem ætatem in virtutibus ſanctæ Religionis peractam defuncta eſſet, vidit eam Gertrudis in magna luce & vario ornatu aſtare IESV CHRISTO. Quæ tamen, tanquam Sponſa verecunda vultum demittens, nitebatur ſe ſubducere, non auſa leuare oculos ad gloriam diuinæ Maieſtatis. Hinc Gertrudis zelo pietatis ducta dixit ad Dominum: *Eia benigniſsime* DEVS, *quare hanc filiam tuam non ſuſcipis inter ſuaues amplexus tuos, ſed eam, tanquam alienam tibi adſtare permittis?* Ad quæ verba Dominus videbatur blandiſsima ſerenitate extendere dexteram ſuam, tanquam amplexaturus animam. At illa cum delicata quadam reuerentiâ ſubtrahebat ſe. Quòd multum admirans Gertrudis aiebat animæ: *Quare ſubducis te amplexibus Sponſi tam amabilis?* Cui illa; *quia nondum plenè purgata ſum;*

Bloſius in Conclaui animæ p. 2. Monil. cap. 13.

 ſed

ſed adhuc maculæ aliquæ me incompoſitam reddunt. Etiamſi mihi omnino liber acceſſus ad D E V M *pateret, ego tamen, dictante Iuſtitia, memet ipſam ſponte ſubtraherem, cum ſciam me tam glorioſo Sponſo nondum conuenire.* Tum Getrudis: *Et tamen videris iam quaſi glorificata.* Ad quam Anima: *Illam beatitudinis gloriam, quam Sancti ex viſione & fruitione Diuinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima meretur accipere, donec ab omni macula perfectè purgata intret in gaudium Domini ſui.*

Quid Sanctimonialis illa commiſerit cur in Purgatorio fuerit detenta, non ſcribitur, facile autem colligi poteſt, fuiſſe minimos quoſdam in religioſæ vitæ curſu defectus, cum dicatur iuuenilem ætatem in virtutibus tranſegiſſe, & paullo poſt mortem tanto decore fulgens comparuerit. Alibi peccati genus exprimitur, cuius fortaſſe ab adoleſcente religioſo non habita fuit ob ſui exilitatem ratio.

RETVLIT Humbertus vir grauiſſimus, Ordinis Prædicatorum Magi-

ſter, duos eiuſdem gentis iuuenes ſtudioſos, religioni ſacræ ſe conſecraſſe, & in ea benè ac deuotè coram DEO & hominibus vixiſſe. Cum autem alter eorum in extremis conſtitutus de vita periclitaretur, ſocius lacrymabatur dicens, quod in terra aliena deſertus relinqueretur. Quem æger bono animo eſſe iuſsit, & conſolationis vice adiunxit, fore, vt, ſi DEVS id permitteret, illũ poſt mortem inuiſeret, certiorem facturus de ſuo in altera vita ſtatu. Annuit votis Numen; mortuus oranti ſocio ſe videndum dat vultu mærorem præſe ferens. Quærit ille cauſſam. Cui defunctus, ſe nullam aliam ob culpam pati pænam Purgatorij, quàm quod, cum darentur noui ſocci, veteres retinuiſſet, & in lectica abdidiſſet, vbi etiam num hærerent. Itaque rogare, vt illos domus moderatori deferret, quem oraret, vt eum de hoc ipſo in capitulo abſolueret. Quo facto apparuit illi lætiſsimus, ac ſplendidiſsimus liberationis dans indicium. *Specul. Exem. diſt. 9. Ex. 43.*

SED quid de illo dicã, qui inter ſuos

Chron. p. 2. lib. c. 7. Dauroultij Catechiſ. Hiſtor. cap. 5. tit. 26. ex. 6.

velut Angelus habitus, & verè Angelicam vitam duxerat, DEO tamen Iudice ad Purgatorium fuit damnatus? Nihil fingo. In Chronicis S. Franciſci par 2. lib. 4. cap. 7. c. Fuiſſe Fratrem Iego, cuius vita Angelica potius quam humana putabatur. Eo vita functo, cum eiuſdem Monaſterij Lector tres Miſſas pro defunctis legi ſolitas pro eo non legiſſet, quod ijs eum non indigere arbitraretur, defunctus Lectori apparuit, officij admonens, quippe qui ad Purgatorium cōdemnatus ſummoperè ijs ſe egere diceret: ſubiungenſque pænas quas pateretur, ſermonem clauſit epiphonemate: *Nemo facilè credat, quam ſtrictum ſit* DEI *iudicium, quantoque rigore peccata caſtiget*. Omitto alia, quibus ob noxas minimas Purgatorij commoratio fuit decreta.

SIT, ita, inquis, leuia peccata purgentur, & decutiantur hi flocci à nuptiali fideliū amicorū toga, ſed leui flāmarū flabello: hoc non tā indicat Iuſtitiam in Purgatorio, quā Clementiam præſidere. Quid enim Clementis eſt ac miſericordis, pœnam, quam de minu-

tis etiam exigit delictis moderari. Verum enimuero ſi vllo ex capite, ex hoc maximè, Iuſtitiæ regnum in Purgatorio ſtabilitur. Iuſtitiam deprædicamus in Principe, ſi illam abſque perſonarum reſpectu ſeuerè ab omnibus exigat, & erga omnes adminiſtret: ſuos & alienos culpæ conuictos æquè damnare in more habeat, etiam in paruis rebus, aut iniurijs. Hoc feciſſe Andronicum Comnenum Imperatorem Conſtantinopolitanum hiſtorici mirè commendant.

Andronico Theodorus erat, ex aulicis imprimis ipſi carus. Hunc detulerant agricolæ diuertiſſe ad ſe cum famulorum caterua, nec in diſceſſu quicquam ſoluiſſe. Res erat, quam vbique ferè Palatini, vt milites, vſurpãt, rati fortaſſe dominorum eſſe, quicquid in ſubditorum fundo naſcitur. Imperator tamen ad agreſtium querelas iuſsit domeſticum illum ſuum ſtatim corripi, fuſte duodecies in publico cędi: tum agricolis damnum largiter rependi. Tam grauis, pœna gratioſo, nobili, ac equeſtris ordinis viro

Iuſt. Lip. in Exemp. lib. 2

 infli-

infligitur? Ita Iuſtitiæ rigor imperat.

Lip. ibid. Magis admirandum quid in hoc genere audite. Balduinus Septimus, Comes Flandriæ Petrum virum nobilem, & celebris oppidi toparcham ob duos boues pauperculæ viduæ reclamanti abductos, re ad ipſum delata, ſubitò abripi mandauit, & atroci morte puniri. Forte lebes aquæ bullientis in medio Brugenſi foro erat monetario puniendo collocatus. In hunc ſine mora, conijcitur, vt erat veſtitus, ocreatus, gladio accinctus. Id calidè factum, quis neget? rigidè etiam haud dubie, fortaſſe rectè, ac ſalubriter, vt non nemo opinatur; nam inquiſitio præceſſerat, & culpæ conuictus abigeus factum haud negabat. At adeò minutæ rapinæ tam grauem pœnam imponere? Sic recti iuſtique tenax ſeueritas præſcribit. Quæ militi pedem ex orbitâ protrudenti, glandem è ſclopo ſine iuſſu emittenti, enſem ſtringenti, alitem vnam ex agreſtium corte harpaganti reſtem inijcit, gulamque frangit.

SED hæc mera Clementiæ exempla

ſunt,

ſunt, ſi cum Purgatorij exacta ſeueriſſimaque punitione conferantur. Nam cum leuiculæ omnium conſenſu culpæ eo in loco excoquantur, & ſatisfiat pro peccatis grauioribus, quæ in vita mortali remiſſa fuerunt, animabus in ignem coniectis, ſupplicium tamen tam eſt atrox, vt nullum fuſtuarium, nullæ cruces, nulli ſuper ignitos carbones ſuſpenſi labetes, nulli forcipes, rotæ, lanienæ, nullus vitæ huius cruciatus cum loci illius tormento in aliquibus comparari valeant: niſi ignis in pariete depicti cum carbonibus in fornace crepitantibus ſit æqua collatio. Tritum eſt illud D. Auguſtini in pſalmum XXXVII. *Quamuis ſaluus fiat per ignẽ, grauior tamẽ erit ille ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita.* Verumque habetur iudicium Papæ Gregorij in pſalmum octauum pœnitentialem: *illum tranſitorium ignem omni tribulatione præſenti exiſtima intolerabiliorem.* Addit V. Beda commentario in eundem pſamum, nulla eſſe ſupplicia Martyrum, vel latronum cum illis purgatorijs pœnis conferenda. Idemque

que habent B. Anſelmus expoſitione ſua in priorem ad Corinthios 3. & S. Bernardus ſermone de obitu Humberti.

Qvæ ſi vera ſunt, & cur non tantis viris fidem adhibeamus? maior nobis cura eſſe deberet, vt Purgatorij pœnas, quàm, vt quaslibet huius vitæ euaderemus. Quàm ſolicitè autem peccati genus aliquod vitaremus, ſi committenti illud, ſciremus certo certius grauiſsimum, quodque vel auditione ſola acceptum horrorem incutiat ſupplicium imminere? Narrabo vobis eius generis aliquot recentis memoriæ, vt vetera omittamus, quibus ſi diriora ſunt quæ in Purgatorio perpetiuntur animæ, vt Deo Iudici iuſtè iudicanti ſatisfaciant, vos dijudicate, num eo in loco Iuſtitiæ tribunal ſtabiliendum ſit.

NOTÆ. Vidit Gallia, & horruerunt ciues Pariſienſes ad ſpectaculum Iuſtitiæ. Henricum IV. Regem Chriſtianiſ-
Anno 1610 ſimum audaci facinore, cultro in pectus adacto interemerat homo Gallus, patria Engoliſmenſis, qui ſupplicium

pertu-

pertulit, quod in pœnam parricidij ſanciuerat Senatus-conſultum, hac ferè formulâ. Præmiſſa corã primaria Eccleſiæ Pariſienſis porta traductione ſupplici ac ſtigmatica, in plateam ſupplicio deſtinatam ducatur, ibique in tabulato forcipibus candentibus, mãmæ, brachia, femora, ac ſuræ illi inurantur. Manus dextera parricidij cultrum tenens igne ſulphureo concremetur. In partes forcipibus inuſtas plumbum liquefactum, oleum feruẽs, reſina accenſa, ceraque ſimul cum ſulphure liquefacta inijciantur. Quibus peractis, corpus eius à quattuor equis diſtrahatur: membra cum corpore igne conſumantur: in cineres redigantur: cineres in ventum diſpergantur. Hæc ſi tibi perpetienda eſſent ob iocoſa aliquot mendacia, ob dicta ſcurrilia; ob verba minus decentia, ne dicam turpia; ob pœnitentiam in hac vita non cõpletam quæ in Purgatorio certiſſimè luenda ſunt & peragẽda, niſi in hac vita expientur ac perficiatur, quam caueres diligenter ne committeres neve pœnitentiam differres? Et ta-

Quæ omnia reus ſuſtinuit Anno 1610 27. Maij.

tamen Patrum Sanctiſsimorum conſenſu, maius eſt Purgatorij, quam quod deſcripſimus, ſupplicium.

Anno 1610 aut 11. Nicol Trigautius in Annuis.

EXCIPITE nunc aliud. Eodem anno, quo iſtud ſumptum eſt in Gallia, apud Sinenſes fuit quidam, qui ex coëmptorum puerorum ſanguine, quos clam mactabat, pharmaca compoſuerat, ad vitam producendam, vt commemorabat, idonea. Ea res foras erupit. comprehenſus igitur, ſceleriſque conuictus fuit: ac tandem à diu dubijs Magiſtratibus, quâ pœna tantum ſcelus expiarent, hoc ſupplicio addictus eſt: vt ad palum alligati viuum corpus reſectis nouaculâ ter mille carnis fruſtulis laceraretur: quâ in carnificina quoad fieri poſſet, vitæ parceretur. Ad Regem delato iudicio, reſcripſit, eam pœnam ſibi imparem tanto crimini videri, ſed quoniam maiorem nullam inueniret, ſibi arridere. Itaque nocens innocentum ſanguinem tam diu luit, quam diu toto in corpore locus aliquis vulneri patuit, inter mil-

le

le fruſta diſcerptus. At verò nec hoc tormentum cum Purgatrice flammâ conferri poteſt, qua leuiuſculæ noxæ poſt hanc vitam puniuntur.

QVOD ſequitur dedit Hollandia, cùm Guilhelmus Naſſouius, Orangij Princeps tumultuum Belgicorum choragus Delphis ab adoleſcente Burgundo breuioris tormenti globulis catena ferrea iunctis traiectus, & vtroque globo per tergum ac vitalia tranſeunte concidit, poſt ſemihoram mortuus. Comprehenſus enim in flagranti iuuenis in partem carceris deterrimam ſpuriſsimamque fuit coniectus, nullo cibi nec potus exhibito ſolatio. Poſtero die coram iudicibus, poſt varias interrogationes veſtes ponere iubetur. Quo facto, equuleo impoſitus, vrinaque veteri repletus, ventri inſultabat tortor. Tum equuleo eductum ex duobus manuum pollicibus, è penſili trabe ſuſpenderunt, centum plumbi libras pollicibus pedum alligantes: addidere pendenti fla-

Anno 1584. 10. Iulij.

NOTA.

flagra ac virgas, vt ex vniuerſo corpore affatim ſanguis deflueret. E trabe depoſito, ſub vtriuſque manus digitorum ac pollicum vnguibus longas profundiſsimè infixerunt acus: addiderunt ſub vtriuſque brachij axillis anſerina oua toſta: brachia compreſſere, donec exuſtis axillis, ſanguis abundanter efflueret. At nondum finis.

12. *Iul.* Die inſequenti aduocato tonſore, crines ei è corpore omnes tolli iuſſerunt, dicentes magicis ideum artibus moliri, vt inſenſibilitatem induceret: deinde foco candenti eum admouerunt, nouis calceis aruina probè infectis indutum: contrahebatur interim crudum pingueq; corium paullatim, vt tandem pedes eius vna cum calceis è lineari forma in circularem, ſeu globum verterentur; ruiſſetque in terram, niſi ſuſtentatus, alijs etiam punctionibus & vellicationibus fuiſſet reſeruatus, donec laſſati tortores operam detrectare inciperent.

Tandem ad ſupremum ſupplicium productus fuit quarto decimo Iulij, hora

hora diei vndecima. Erat in ſummo foro Delfenſi; ſcena ædificata lignea amplißima. In hac eminebat ſcamnum oblongum, latumque,& ab altero latere aliud,in quo ferreum plauſtrum ignitis carbonibus plenum. Adſtabant duo carnifices ferreum forcipẽ amplum, in quo liba cancellata, aut azymæ placentæ coqui ſolent;alioſque minores forcipes manu tenentes, quibus in igni relictis donec canderent,adductus Adoleſcens,& a carnificibus ſuſtentatus,quòd contracti pedum nerui eum ſtare non permitterent, palo alligabatur. *VVafelen.*

Tum iuſſus,manum qua Principem traiecerat, laminæ candenti inferiori impoſuit: mox carnifex inferiori adducta ſumma vi eam incluſit, carnemque cum neruis, partemque oſsium, ita ignitum ferrum abſumpſit, vt fumus, nidorque penè forum compleret. Deinde,brachia, crura, femora, tergum,ſcapuli, ac pectus ignitis minoribus forcipibus miſerè excarnificata horrorem videntibus incuſſerũt. Hinc cum bombardula , qua facinus

ſed adhuc maculæ aliquæ me incompoſitam reddunt. Etiamſi mihi omnino liber acceſſus ad DEVM *pateret, ego tamen, dictante Iuſtitia, memet ipſam ſponte ſubtraherem, cum ſciam me tam glorioſo Sponſo nondum conuenire.* Tum Getrudis: *Et tamen videris iam quaſi glorificata.* Ad quam Anima: *Illam beatitudinis gloriam, quam Sancti ex viſione & fruitione Diuinitatis cum plena remuneratione obtinent, nulla anima meretur accipere, donec ab omni macula perfectè purgata intret in gaudium Domini ſui.*

Quid Sanctimonialis illa commiſerit cur in Purgatorio fuerit detenta, non ſcribitur, facile autem colligi poteſt, fuiſſe minimos quoſdam in religioſæ vitæ curſu defectus, cum dicatur iuuenilem ætatem in virtutibus tranſegiſſe, & paullo poſt mortem tanto decore fulgens comparuerit. Alibi peccati genus exprimitur, cuius fortaſſe ab adoleſcente religioſo non habita fuit ob ſui exilitatem ratio.

RETVLIT Humbertus vir grauiſſimus, Ordinis Prædicatorum Magiſter,

ſter, duos eiuſdem gentis iuuenes ſtudioſos, religioni ſacræ ſe conſecraſſe, & in ea benè ac deuotè coram DEO & hominibus vixiſſe. Cum autem alter eorum in extremis conſtitutus de vita periclitaretur, ſocius lacrymabatur dicens, quod in terra aliena deſertus relinqueretur. Quem æger bono animo eſſe iuſsit, & conſolationis vice adiunxit, fore, vt, ſi DEVS id permitteret, illũ poſt mortem inuiſeret, certiorem facturus de ſuo in altera vita ſtatu. Annuit votis Numen; mortuus oranti ſocio ſe videndum dat vultu mærorem præſe ferens. Quærit ille cauſſam. Cui defunctus, ſe nullam aliam ob culpam pati pœnam Purgatorij, quàm quod, cum darentur noui ſocci, veteres retinuiſſet, & in lectica abdidiſſet, vbi etiam num hærerent. Itaque rogare, vt illos domus moderatori deferret, quem oraret, vt eum de hoc ipſo in capitulo abſolueret. Quo facto apparuit illi lætiſsimus, ac ſplendidiſsimus liberationis dans indicium.

Specul. Exem. diſt. 9. Ex. 43.

SED quid de illo dicã, qui inter ſuos

Chron.p.2. lib.6.7. Dauroultij Catechiſ. Hiſtor.cap. 5.tit.26, ex.6.

velut Angelus habitus, & verè Angelicam vitam duxerat, DEO tamen Iudice ad Purgatorium fuit damnatus? Nihil fingo. In Chronicis S. Franciſci par 2. lib. 4. cap. 7. c. Fuiſſe Fratrem lego, cuius vita Angelica potius quam humana putabatur. Eo vita functo, cum eiuſdem Monaſterij Lector tres Miſſas pro defunctis legi ſolitas pro eo non legiſſet, quod ijs eum non indigere arbitraretur, defunctus Lectori apparuit, officij admonens, quippe qui ad Purgatorium cõdemnatus ſummoperè ijs ſe egere diceret: ſubiungenſque pœnas quas pateretur, ſermonem clauſit epiphonemate: *Nemo facilè credat, quam ſtrictum ſit* DEI *iudicium, quantoque rigore peccata caſtiget.* Omitti alia, quibus ob noxas minimas Purgatorij commoratio fuit decreta.

SIT ita, inquis, leuia peccata purgentur, & decutiantur hi flocci à nuptiali fideliũ amicorũ toga, ſed leui flãmarũ flabello: hoc non tã indicat Iuſtitiam in Purgatorio, quã Clementiam præſidere. Quid enim Clementis eſt ac miſericordis, pœnam, quam de minu-

cis

tis etiam exigit delictis moderari. Verum enimuero ſi vllo ex capite, ex hoc maximè, Iuſtitiæ regnum in Purgatorio ſtabilitur. Iuſtitiam deprædicamus in Principe, ſi illam abſque perſonarum reſpectu ſeuerè ab omnibus exigat, & erga omnes adminiſtret: ſuos & alienos culpæ conuictos æquè damnare in more habeat, etiam in paruis rebus, aut iniurijs. Hoc feciſſe Andronicum Comnenum Imperatorem Conſtantinopolitanum hiſtorici mirè commendant.

Andronico Theodorus erat, ex aulicis imprimis ipſi carus. Hunc detulerant agricolæ diuertiſſe ad ſe cum famulorum caterua, nec in diſceſſu quicquam ſoluiſſe. Res erat, quam vbique ferè Palatini, vt milites, vſurpāt, rati fortaſſe dominorum eſſe, quicquid in ſubditorum fundo naſcitur. Imperator tamen ad agreſtium querelas iuſsit domeſticum illum ſuum ſtatim corripi, fuſte duodecies in publico cędi: tum agricolis damnum largiter rependi. Tam grauis pœna gratioſo, nobili, ac equeſtris ordinis viro

Iuſt. Lip. in Exemp. lib. 2

 inſli-

infligitur? Ita Iuſtitiæ rigor imperat.

Lip. ibid. Magis admirandum quid in hoc genere audite. „ Balduinus Septimus, Comes Flandriæ Petrum virum nobilem, „ & celebris oppidi toparcham ob „ duos boues paupercula viduæ reclamanti abductos, re ad ipſum delata, ſubitò abripi mandauit, & atroci „ morte puniri. Forte lebes aquæ bullientis in medio Brugenſi foro erat „ monetario puniendo collocatus. In hunc ſine mora, conijcitur, vt erat veſtitus, ocreatus, gladio accinctus. Id calidè factum, quis neget? rigidè etiam haud dubie, fortaſſe rectè, ac ſalubriter, vt non nemo opinatur; nam inquiſitio præceſſerat, & culpæ conuictus abigeus factum haud negabat. At adeò minutæ rapinæ tam grauem pœnam imponere? Sic recti iuſtique tenax ſeueritas præſcribit. Quæ militi pedem ex orbitâ protrudenti, glandem è ſclopo ſine iuſſu emittenti, enſem ſtringenti, alitem vnam ex agreſtium corte harpaganti reſtem inijcit, gulamque frangit.

SED hæc mera Clementiæ exempla

ſunt, ſi cum Purgatorij exacta ſeueriſſimaque punitione conferantur. Nam cum leuiculæ omnium conſenſu culpæ eo in loco excoquantur, & ſatisfiat pro peccatis grauioribus, quæ in vita mortali remiſſa fuerunt, animabus in ignem coniectis, ſupplicium tamen tam eſt atrox, vt nullum fuſtuarium, nullæ cruces, nulli ſuper ignitos carbones ſuſpenſi labetes, nulli forcipes, rotæ, lanienæ, nullus vitæ huius cruciatus cum loci illius tormento in aliquibus comparari valeant: niſi ignis in pariete depicti cum carbonibus in fornace crepitantibus ſit æqua collatio. Tritum eſt illud D. Auguſtini in pſalmum XXXVII. *Quamuis ſaluus fiat per ignẽ, grauior tamẽ erit ille ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita.* Verumque habetur iudicium Papæ Gregorij in pſalmum octauum pœnitentialem: *illum tranſitorium ignem omni tribulatione præſenti exiſtima intolerabiliorem.* Addit V. Beda commentario in eundem pſamum, nulla eſſe ſupplicia Martyrum, vel latronum cum illis purgatorijs pœnis conferenda. Idemque

que habent B. Anſelmus expoſitione ſua in priorem ad Corinthios 3. & S. Bernardus ſermone de obitu Humberti.

Q*VÆ* ſi vera ſunt, & cur non tantis viris fidem adhibeamus? maior nobis cura eſſe deberet, vt Purgatorij pœnas, quàm, vt quaslibet huius vitæ euaderemus. Quàm ſolicitè autem peccati genus aliquod vitaremus, ſi committenti illud, ſciremus certo certius grauiſsimum, quodque vel auditione ſola acceptum horrorem incutiat ſupplicium imminere? Narrabo vobis eius generis aliquot recentis memoriæ, vt vetera omittamus, quibus ſi diriora ſunt quæ in Purgatorio perpetiuntur animæ, vt DEO Iudici iuſtè iudicanti ſatisfaciant, vos dijudicate, num eo in loco Iuſtitiæ tribunal ſtabiliendum ſit.

NOTÆ. VIDIT Gallia, & horruerunt ciues Pariſienſes ad ſpectaculum Iuſtitiæ. Henricum IV. Regem Chriſtianiſ- *Anno* 1610 ſimum audaci facinore, cultro in pectus adacto interemerat homo Gallus, patria Engoliſmenſis, qui ſupplicium

pertu-

pertulit, quod in pœnam parricidij ſanciuerat Senatus-conſultum, hac ferè formulâ. Præmiſſa corā primaria Eccleſiæ Pariſienſis porta traductione ſupplici ac ſtigmatica, in plateam ſupplicio deſtinatam ducatur, ibique in tabulato forcipibus candentibus, mā-mæ, brachia, femora, ac ſuræ illi inurantur. Manus dextera parricidij cultrum tenens igne ſulphureo concremetur. In partes forcipibus inuſtas plumbum liquefactum, oleum feruēs, reſina accenſa, ceraque ſimul cum ſulphure liquefacta inijciantur. Quibus peractis, corpus eius à quattuor equis diſtrahatur: membra cum corpore igne conſumantur: in cineres redigantur: cineres in ventum diſpergantur. Hæc ſi tibi perpetienda eſſent ob iocoſa aliquot mendacia, ob dicta ſcurrilia, ob verba minus decentia, ne dicam turpia; ob pœnitentiam in hac vita non cōpletam quæ in Purgatorio certiſſimè luenda ſunt & peragēda, niſi in hac vita expientur ac perficiatur, quam caueres diligenter ne committeres neve pœnitentiam differres? Et ta-

Quæ omnia reus ſuſtinuit Anno 1610. 27. Maij.

tamen Patrum Sanctiſsimorum conſenſu, maius eſt Purgatorij, quam quod deſcripſimus, ſupplicium.

Anno 1610 aut 11. Nicol Trigautius in Annuis.

EXCIPITE nunc aliud. Eodem anno, quo iſtud ſumptum eſt in Gallia, apud Sinenſes fuit quidam, qui ex coëmptorum puerorum ſanguine, quos clam mactabat, pharmaca compoſuerat, ad vitam producendam, vt commemorabat, idonea. Ea res foras erupit. comprehenſus igitur, ſceleriſque conuictus fuit: ac tandem à diu dubijs Magiſtratibus, quâ pœna tantum ſcelus expiarent, hoc ſupplicio addictus eſt: vt ad palum alligati viuum corpus reſectis nouaculâ ter mille carnis fruſtulis laceraretur: quâ in carnificina quoad fieri poſſet, vitæ parceretur. Ad Regem delato iudicio, reſcripſit, eam pœnam ſibi imparem tanto crimini videri, ſed quoniam maiorem nullam inueniret, ſibi arridere. Itaque nocens innocentum ſanguinem tam diu luit, quam diu toto in corpore locus aliquis vulneri patuit, inter mil-

le

le fruſta diſcerptus. At verò nec hoc tormentum cum Purgatrice flammâ conferri poteſt, qua leuiuſculæ noxæ poſt hanc vitam punientur.

QVOD ſequitur dedit Hollandia, cùm Guilhelmus Naſſouius, Orangij Princeps tumultuum Belgicorum choragus Delphis ab adoleſcente Burgundo breuioris tormenti globulis catena ferrea iunctis traiectus, & vtroque globo per tergum ac vitalia tranſeunte concidit, poſt ſemihoram mortuus. Comprehenſus enim in flagranti iuuenis in partem carceris deterrimam ſpuriſsimamque fuit coniectus, nullo cibi nec potus exhibito ſolatio. Poſtero die coram iudicibus, poſt varias interrogationes veſtes ponere iubetur. Quo facto, equuleo impoſitus, vrinaque veteri repletus, ventri inſultabat tortor. Tum equuleo eductum ex duobus manuum pollicibus, è penſili trabe ſuſpenderunt, centum plumbi libras pollicibus pedum alligantes: addidere pendenti

Anno 1584. 10. Iulij.

NOTA.

fla-

hora diei vndecima. Erat in ſummo foro Delfenſi; ſcena ædificata lignea amplißima. In hac eminebat ſcamnum oblongum, latumque, & ab altero latere aliud, in quo ferreum plauſtrum ignitis carbonibus plenum. Adſtabant duo carnifices ferreum forcipē amplum, in quo liba cancellata, aut azymæ placentæ coqui ſolent, alioſque minores forcipes manu tenentes, quibus in igni relictis donec candere nt, adductus Adoleſcens, & a carnificibus ſuſtentatus, quòd contracti pedum nerui eum ſtare non permitterent, palo alligabatur. *VVafelen.*

Tum iuſſus, manum qua Principem traiecerat, laminæ candenti inferiori impoſuit: mox carnifex inferiori adducta ſumma vi eam incluſit, carnemque cum neruis, partemque oſsium, ita ignitum ferrum abſumpſit, vt fumus, nidorque penè forum compleret. Deinde, brachia, crura, femora, tergum, ſcapuli, ac pectus ignitis minoribus forcipibus miſerè excarnificata horrorem videntibus incuſſerūt. Hinc cum bombardula, qua facinus

patra-

patrarat, caput eius crudeliter verberaſſent, illam deinde ferreis malleis ruptam hinc inde diſiecerunt. Denique carnifices poſt tot tormenta iuuenem maiori ſcamno impoſuerunt, ac ventre, cultello, quo porci iugulantur, ſenſim aperto, cor raptum, eductúmque in faciem eonieecerunt, inteſtina igne combuſſerunt: in quattuor partes ſectum corpus quatuor portis ſuſpenderunt, ac vltimo, caput præpilatæ haſtæ infixerunt.

Ad tam immanis ſupplicij ſimplicē apprehēſionē cohorruiſtis, quid futurum eſſet ſi ad illud vos damnandos dicerem? Non id dico, ſed hoc ſolùm, Purgatorij cruciatus, ad quos cito pede, magnis itineribus, ac ludibundi, dum ridendo, nulla planè ab ijs eauendi cura peccata quælibet, quia venialia, perpetratis, multo immaniores eſſe.

Marcus Aretuſius. S. Naziā. Orat. in Iulian. 1.

QVAM crudele tormentum excogitauit impietas Gentilium, cùm Marcum Aretuſium Martyrem arctiſsimè colligatum expoſuere nudum ad ſolē, mel-

melle perunctum, morſibus veſparũ, atque muſcarum, quas nec recedendo ex eo loco, nec manibus repellere poterat.

Intolerabilius fortaſſe eſt culleo inſui cum ſerpente & cane ſicque in mare demergi. Quod auorum memoria accidit. *Thua. Tom 1. in Androa Auria.*

Item, dolio clauis acutis perforato includi, eoque in montis faſtigio, per decliuiora præcipitato ferri in imũ. Quod apud Turcas haud inuſitatum, vti & impalatio, quæ pænè apud illos quotidiana. *Thuan. lib. 34.*

SED an ſunt in Purgatorio mitiora? Scribit Vincentius Belluacenſis lib. 7. hiſtorialis Speculi, Monachum Ciſtercienſem ad extrema redactum, Angelo ductore, ad locum veniſſe, in quo erat cernere, multorum animas verubus, ac contis acuminatis infixas ad rogum maximum, in modum anſerum torreri, aſſarique: ipſos autem crudeliſsimos tortores cum ſufflatorijs, alijſque igneis inſtrumẽtis, miſerorum tormenta totis niſibus accumulantes. Alios patellas & ſartagines igni-

ignitas ſubijcientes, adipemque qui de iacētium membris fluebat colligentes, eundemq́ue rurſus bullientem refundentes. Interrogans autem ductorem ſuum Angelum, ſic accipiebat. Quos in tormētis ijs videbat, eſſe familiæ ſuæ homines, qui licet ſine peccatis lethalibus deceſsiſſent, tamen minus perfectè in religioſa diſciplina verſati erant, curioſi, faceti, vani, vagiq́ue, deſidioſi, ſomnolenti, fabulis, iocis, leuitatibus indulgentes.

Nicol. Trigau. Triũp. cap. lib. 1. cap. 5.

Horror incuſſus fuit multis proximè, cum audiremus ex triumphis Iaponum Chriſtianorum, Paulum Daifachi Conzuquedono, qui Imperatori Cubocanor fuerat à ſecretis alligatum palo, & circumſtructo ad tres ferè paſſus igne lentè toſtum fuiſſe. Sed hoc minus acerbum fuit, quam acuminato infigi conto, & ad ignem, inſtar nefrendis qui aſſatur, rotari, & nunquam vitam ponere, ſemper ad vitales flammas ſpirantem.

Non eſt quidem exiſtimandum omnes in Purgatorio æqualiter torqueri: nam id iuſtitia vindicans diſtribu-

ua non

ua non permittit: cuius hoc eſt decretum: *Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, Apocalyp. XVIII.7. Certum tamen eſt quaſdam animas ibi grauiſsimè torqueri. Neque negari illud poteſt, in quo Theologi omnes conueniunt; Pœnas Purgatorij eſſe maiores pœnis huius vitæ. Quod licet mitiſsimè exponat S. Bonauentura, vt verum ſit hoc ſenſu, quoniã maxima pœna Purgatorij ſit maior, quàm maxima pœna huius vitæ; tametſi aliqua pœna Purgatorij reperiatur minor aliqua pęna huius vitæ: tamen S. Thomas non dubitat adfirmare, minimam pœnam Purgatorij eſſe maiorem maxima pęna huius vitæ. Et loquendo de pœna ſenſus, quam in Purgatorio infert vel ignis, vel aliud iuſtitiæ vindicatricis inſtrumentum, ratio oſtendit illam eſſe in anima inibi agente atrociſsimam: cum & potentia rationalis ſit capacior doloris, quàm animalis; & anima ſi nuda immediatè torqueatur, magis per intellectum apprehendat ſuum contrarium, & per voluntatem magis dete-

S. Bonau. in 4 p. d. 20. art. 1. q. 2.

S. Tho. 4. d. 30. q. 1. art. 2.

Illud quoque indubitatum habent Catholici, Purgatorij cruciatus vltra diem iudicij, ſiue reſurrectionis vniuerſalis non duraturos. Verùm quàm diu anima quælibet crucietur, id ignotum mortalibus. Qui ſi non plenè purgati obierint, *quanto magis minusve tranſeuntia dilexerint* (verba ſunt Auguſtini) *tanto breuius, tardiuſve ſaluabuntur*: nam *quanta fuerit peccati materia, tanta erit tranſeundi mora*. Si reuelationibus adhibenda eſt fides, multæ aliquot annorum centurijs in tetro illo carcere detinentur. Nonnemo etiam ad extremum iudicij diem ſe manſurum adfirmare viſus eſt longo ſanè, & in multa ſecula protacto purgationis ſpacio. *Lib. 50. hom. in 16.*

NEQVE hic obganniat quiſpiam. Si in vita hac mortali pœnis aliquibus non admodum atrocibus ſatisfacere poſſumus pro culpis minitioribus, & ab omni pœna mox liberari, cur non multo citius in Purgatorio, cum iſtæ pœnæ ſint penè in infinitũ grauiores, ac intenſiores.

 Nimi-

Nimirum hoc eſt, quod demonſtrare pergimus: hîc Miſericordiam regnare, cuius nunc tempus eſt acceptabile: cuius modò copioſa eſt redemptio: Miſericordia Domini hoc tempore plena eſt terra: ibi Iuſtitiam imperare, cuius rigor nullis argutationibus humanis infringitur. Eſt igitur Purgatorium Iuſtitiæ potius locus, quàm Miſericordiæ.

Miniſtri Iuſtitiæ in Purgatorio Cacodæmones.

QVOD miniſtri etiam per quos pœna infligitur perſuadere videntur: Sunt enim illi non Miſericordiæ, ſed Iuſtitiæ. Diſputari quidem poſſet, ſit-ne grauius ac magis acerbum manibus Iudicis, vel Principis, quàm carnificis; aut mancipij pœnam ſubire ac ſupplicio affici. Deinde, ſit ne Clementiæ, an ſeuerioris iuſtitiæ ſignum proprijs manibus malefactorem plectere. Hoc factum aliquandò à Principibus lego, ſed à paucis laudatum.

Balduinus Comes ſua manu ſontes plectit.

Balduinus VII. Flandriæ Comes, quem vt æqui iuſtique cultorem anteà nominabam; vndecim equeſtris

s loci Viros, quod tres mer- *Lip. lib. 2. Exem.*
s in via bonis, ac deinde vi-
iſſent, vocatos in palatium, "
uit: ſtatimque ſe coram, la- "
collo iniectis, deſtitui ſuper "
am adnexos ad trabem iuſsit, "
pſe manu ſuâ tabulam ſubduxit, "
nſiles fecit, ſuffocauitque. Id
rincipis ſed carnificis fuiſſe mu-
outatur, improbandum in eo,
ı vt inter apes regem, decet
aculeo eſſe; nec proprijs ma-
s tortorem agere, Ni manda-
DEI interueniat. Quod habu-
crediderim Samuelem; qui A- *1. Reg. xv. 33.*
regem Amalec *concidit coram Do-*
in Galgalis; manu ſua; vt ſo-
verba, non aliorum miniſte-
, vt vult Ioſephus. Tale manda-
ı quoniam non agnoſcebat Da-
, cùm iuuenem Amalecitam, qui
ılem interemerat, morti addix-
et, vocauit *vnum de pueris*, ſiue ſa-
litibus *ſuis*, cui dixit: *Accedens irrue* *lib. 2. Reg.*
eum. Qui percuſſit illum & mortuus *cap. 1. 15.*

HOC tamen haud negandum

C 3 arbi-

arbitror : in patre adfectus indulgentioris indicium eſſe, ſi ipſe manus admoueat, ipſe ſi filium corripiat & caſtiget. Sic *incorripiendo filio, quamuis aſperè nunquam amor paternus amittitur*, vt ſcribit ad Marcellum Auguſtinus. In Principe verò etiam ſeuerioris iuſtitiæ ſignum eſſe, ſi dirisſimis tortoribus illius exéquutionem mandet : præſertim, ſi & hi vilia ſint mancipia, & qui puniuntur ſint è Principis domo. quid ſi filius? quid ſi ſponſa, quam turpisſimus æthiops flagellet? Horrendum, & inauditæ ſeueritatis, ſi non crudelitatis facinus illud eſt viſum, cum anno ſuperioris ſeculi LIII. Imperatoris Turcarum filius, iubente patre, per ſordidum famulitium, eunuchos ac mutos homines, qui Turcico Sultano ad nutus ſemper præſto ſunt, fuit comprehenſus, in terram coniectus, neruoque gulæ circumducto ſtrangulatus.

Aug. epiſt. 5. ad Marcell.

Muſtafas Solimani filius. Thuan. lib. 12. hiſt.

NVNC verò, ſupra præſcriptum

um eſt, Animas in Purgatorio flam- | *Dæmones carnifices animarũ.*
nis expoſitas, & immerſas non eſſe
xtraneas, ſed diuinæ liberalitatis
eredes, Patris æterni per gratiam
doptatas filias, Chriſti ſorores,
ſpiritus-Sancti ſponſas. A quibus
utem torquentur? Conſtat, vt in
qualibet Republ. ad punitionem reo-
rum ſunt adminiſtri vel exequuto-
res Iuſtitiæ; ità DEVM in mun-
do habere Cacodæmonas quoſdam
huic rei deſtinatos, tum in terra
tum locis ſubterraneis. Hos antiqui
Hebræi appellabant *Angelos damni,* | *Angeli damni mortis.*
& alio nomine *Angelos mortis*, nec
non *Tortores* & *Carnifices.* Ab his dirè
torqueri demortuorum in Purgato- | *Tortores.*
rio ſpiritus multæ reuelationes ab | *Carnifices*
auctoribus fide dignis perſcriptæ in- | *Manaſſes ben-Iſrael*
dicant. Vt illa multis nota B. Furſæi
apud Bedam Venerabilem lib. 3. hiſto. | *Proble 23. de Creatio.*
cap. 18. apud Dionyſium Carthuſia-
num libro de quattuor nouiſſ. & lib.
1. vitæ S. Bernardi cap. 10. Scio Scho-
laſticorum Magiſtrorum pleroſq; ex-
iſtimaſſe fœda illa ſeruitia in Pur-
gatorio nullam exercere poteſtatem.

flagra ac virgas, vt ex vniuerſo corpore affatim ſanguis deflueret. E trabe depoſito, ſub vtriuſque manus digitorum ac pollicum vnguibus longas profundiſsimè infixerunt acus: addiderunt ſub vtriuſq;ue brachij axillis anſerina oua toſta: brachia compreſſere, donec exuſtis axillis, ſanguis abundanter efflueret. At nondum finis.

12. Iul. Die inſequenti aduocato tonſore, crines ei è corpore omnes tolli iuſſerunt, dicentes magicis ideum artibus moliri, vt inſenſibilitatem induceret: deinde foco candenti eum admouerunt, nouis calceis aruina probè infectis indutum: contrahebatur interim crudum pingueq; corium paullatim, vt tandem pedes eius vna cum calceis è lineari forma in circularem, ſeu globum verterentur; ruiſſetque in terram, niſi ſuſtentatus, alijs etiam punctionibus & vellicationibus fuiſſet reſeruatus, donec laſſati tortores operam detrectare inciperent.

Tandem ad ſupremum ſupplicium productus fuit quarto decimo Iulij,

hora diei vndecima. Erat in ſummo foro Delfenſi; ſcena ædificata lignea amplisſima. In hac eminebat ſcamnum oblongum, latumque, & ab altero latere aliud, in quo ferreum plauſtrum ignitis carbonibus plenum. Adſtabant duo carnifices ferreum forcipẽ amplum, in quo liba cancellata, aut azymæ placentæ coqui ſolent; aliosque minores forcipes manu tenentes, quibus in igni relictis donec canderent, adductus Adoleſcens, & a carnificibus ſuſtentatus, quòd contracti pedum nerui eum ſtare non permitterent, palo alligabatur. *VVafelen.*

Tum iuſſus, manum qua Principem traiecerat, laminæ candenti inferiori impoſuit: mox carnifex inferiori adducta ſumma vi eam incluſit, carnemque cum neruis, partemque oſsium, ita ignitum ferrum abſumpſit, vt fumus, nidorque penè forum compleret. Deinde, brachia, crura, femora, tergum, ſcapuli, ac pectus ignitis minoribus forcipibus miſerè excarnificata horrorem videntibus incuſſerũt. Hinc cum bombardula, qua facinus

patra-

patrarat, caput eius crudeliter verberaſſent, illam deinde ferreis malleis ruptam hinc inde diſiecerunt. Denique carnifices poſt tot tormenta iuuenem maiori ſcamno impoſuerunt, ac ventre, cultello, quo porci iugulantur, ſenſim aperto, cor raptum, eductumque in faciem coniecerunt, inteſtina igne combuſſerunt: in quattuor partes ſectum corpus quatuor portis ſuſpenderunt, ac vltimo, caput præpilatæ haſtæ infixerunt.

Ad tam immanis ſupplicij ſimplicē apprehēſionē cohorruiſtis, quid futurum eſſet ſi ad illud vos damnandos dicerem? Non id dico, ſed hoc ſolùm, Purgatorij cruciatus, ad quos cito pede, magnis itineribus, ac ludibundi, dum ridendo, nulla planè ab ijs cauendi cura peccata quælibet, quia venialia, perpetratis, multo immaniores eſſe.

Marcus Aretuſius. S. Naziā. Orat. in Iulian. 1.

QVAM crudele tormentum excogitauit impietas Gentilium, cùm Marcum Aretuſium Martyrem arctiſsimè colligatum expoſuere nudum ad ſolē,

mel-

melle perunctum, morſibus veſparũ, atque muſcarum, quas nec recedendo ex eo loco, nec manibus repellere poterat.

Intolerabilius fortaſſe eſt culleo inſui cum ſerpente & cane ſicque in mare demergi. Quod auorum memoria accidit. *Thua. Tom 1. in Andrea Auria.*

Item, dolio clauis acutis perforato includi, eoque in montis faſtigio, per decliuiora præcipitato ferri in imũ. Quod apud Turcas haud inuſitatum, vti & impalatio, quæ pænè apud illos quotidiana. *Thuan. lib. 34.*

SED an ſunt in Purgatorio mitiora? Scribit Vincentius Belluacenſis lib. 7. hiſtorialis Speculi, Monachum Ciſtercienſem ad extrema redactum, Angelo ductore, ad locum veniſſe, in quo erat cernere, multorum animas verubus, ac contis acuminatis infixas ad rogum maximum, in modum anſerum torreri, aſſarique: ipſos autem crudeliſsimos tortores cum ſufflatorijs, alijſque igneis inſtrumẽtis, miſerorum tormenta totis niſibus accumulantes. Alios patellas & ſartagines

igni-

ignitas ſubijcientes, adipemque qui de iacētium membris fluebat colligentes, eundemq́ue rurſus bullientem refundentes. Interrogans autem ductorem ſuum Angelum, ſic accipiebat. Quos in tormētis ijs videbat, eſſe familiæ ſuæ homines, qui licet ſine peccatis lethalibus deceſsiſſent, tamen minus perfectè in religioſa diſciplina verſati erant, curioſi, faceti, vani, vagique, deſidioſi, ſomnolenti, fabulis, iocis, leuitatibus indulgentes.

Nicol. Trigau. Triūp. cap. lib. 1. cap. 5.

Horror incuſſus fuit multis proximè, cum audiremus ex triumphis Iaponum Chriſtianorum, Paulum Daiſachi Conzuquedono, qui Imperatori Cubocanor fuerat à ſecretis alligatum palo, & circumſtructo ad tres ferè paſſus igne lentè toſtum fuiſſe. Sed hoc minus acerbum fuit, quam acuminato infigi conto, & ad ignem, inſtar nefrendis qui aſſatur, rotari, & nunquam vitam ponere, ſemper ad vitales flammas ſpirantem.

Non eſt quidem exiſtimandum omnes in Purgatorio æqualiter torqueri: nam id iuſtitia vindicans diſtribuit.

ua non permittit: cuius hoc eſt decretum: *Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, Apocalyp. XVIII.7. Certum tamen eſt quaſdam animas ibi grauiſsimè torqueri. Neque negari illud poteſt, in quo Theologi omnes conueniunt; Pœnas Purgatorij eſſe maiores pœnis huius vitæ. Quod licet mitiſsimè exponat S. Bonauentura, vt verum ſit hoc ſenſu, quoniã maxima pœna Purgatorij ſit maior, quàm maxima pœna huius vitæ; tametſi aliqua pœna Purgatorij reperiatur minor aliqua pęna huius vitæ: tamen S. Thomas non dubitat adfirmare, minimam pœnam Purgatorij eſſe maiorem maxima pęna huius vitæ. Et loquendo de pœna ſenſus, quam in Purgatorio infert vel ignis, vel aliud iuſtitiæ vindicatricis inſtrumentum, ratio oſtendit illam eſſe in anima inibi agente atrociſsimam: cum & potentia rationalis ſit capacior doloris, quàm animalis; & anima ſi nuda immediatè torqueatur, magis per intellectum apprehendat ſuum contrarium, & per voluntatem magis deteſtetur,

S. Bonau. in 4. p. d. 20. art. 1. q. 2.

S. Tho. 4. d. 30. q. 1. art. 2.

Illud quoque indubitatum habent Catholici, Purgatorij cruciatus vltra diem iudicij, ſiue reſurrectionis vniuerſalis non duraturos. Verùm quàm diu anima quælibet crucietur, id ignotum mortalibus. Qui ſi non plenè purgati obierint, *quanto magis minusve tranſeuntia dilexerint* (verba ſunt Auguſtini)*tanto breuius, tardiuſve ſaluabuntur*: nam *quanta fuerit peccati materia, tanta erit tranſeundi mora*. Si reuelationibus adhibenda eſt fides, multæ aliquot annorum centurijs in tetro illo carcere detinentur. Nonnemo etiam ad extremum iudicij diem ſe manſurum adfirmare viſus eſt longo ſanè, & in multa ſecula protacto purgationis ſpacio. *Lib. 50. hom. in 16.*

NEQVE hic ogganniat quiſpiam. Si in vita hac mortali pœnis aliquibus non admodum atrocibus ſatisfacere poſſumus pro culpis minitioribus, & ab omni poena mox liberari, cur non multo citius in Purgatorio, cum iſtæ pœnæ ſint penè in infinitũ grauiores, ac intenſiores.

 Nimi-

Nimirum hoc eſt, quod demonſtrare pergimus: hîc Miſericordiam regnare, cuius nunc tempus eſt acceptabile: cuius modò copioſa eſt redemptio: Miſericordia Domini hoc tempore plena eſt terra: ibi Iuſtitiam imperare, cuius rigor nullis argutationibus humanis infringitur. Eſt igitur Purgatorium Iuſtitiæ potius locus, quàm Miſericordiæ.

Miniſtri Iuſtitiæ in Purgatorio Cacodæmones.

QVOD miniſtri etiam per quos pœna infligitur perſuadere videntur: Sunt enim illi non Miſericordiæ, ſed Iuſtitiæ. Diſputari quidem poſſet, ſit-ne grauius ac magis acerbum manibus Iudicis, vel Principis, quàm carnificis; aut mancipij pœnam ſubire ac ſupplicio affici. Deinde, ſit ne Clementiæ, an ſeuerioris iuſtitiæ ſignum proprijs manibus malefactorem plectere. Hoc factum aliquando à Principibus lego, ſed à paucis laudatum.

Balduinus Comes ſua manu ſontes plectit.

Balduinus VII. Flandriæ Comes, quem vt æqui iuſtique cultorem antea nominabam, vndecim equeſtris

queſtris loci Viros, quod tres mercatores in via bonis, ac deinde vitâ exuiſſent, vocatos in palatium, damnauit: ſtatimque ſe coram, laqueis collo iniectis, deſtitui ſuper tabulam adnexos ad trabem iuſsit, tum ipſe manu ſuâ tabulam ſubduxit, ac penſiles fecit, ſuffocauitque. Id non Principis ſed carnificis fuiſſe munus putatur, improbandum in eo, quem vt inter apes regem, decet ſine aculeo eſſe, nec proprijs manibus tortorem agere. Ni mandatum DEI interueniat. Quod habuiſſe crediderim Samuelem, qui Agag regem Amalec *concidit coram Domino in Galgalis*; manu ſua, vt ſonant verba, non aliorum miniſterio, vt vult Ioſephus. Tale mandatum quoniam non agnoſcebat Dauid, cùm iuuenem Amalecitam, qui Saulem interemerat, morti addixiſſet, vocauit *vnum de pueris*, ſiue ſatellitibus *ſuis*, cui dixit: *Accedens irrue in eum. Qui percuſſit illum & mortuus eſt.*

Lip. lib. 2. Exem.

1. Reg. xv. 33.

lib. 2. Reg. cap. 1. 15.

HOC tamen haud negandum

arbitror: in patre adfectus indulgentioris indicium eſſe, ſi ipſe manus admoueat, ipſe ſi filium corripiat & caſtiget. Sic *incorripiendo filio, quamuis aſperè nunquam amor paternus amittitur*, vt ſcribit ad Marcellum Auguſtinus. In Principe verò etiam ſeuerioris iuſtitiæ ſignum eſſe, ſi dirißimis tortoribus illius exequutionem mandet: præſertim, ſi & hi vilia ſint mancipia, & qui puniuntur ſint è Principis domo. quid ſi filius? quid ſi ſponſa, quam turpiſsimus æthiops flagellet? Horrendum, & inauditæ ſeueritatis, ſi non crudelitatis facinus illud eſt viſum, cum anno ſuperioris ſeculi LIII. Imperatoris Turcarum filius, iubente patre, per ſordidum famulitium, eunuchos ac mutos homines, qui Turcico Sultano ad nutus ſemper præſto ſunt, fuit comprehenſus, in terram coniectus, neruoque gulæ circumducto ſtrangulatus.

Aug. epiſt. 5. ad Marcell.

Muſtafas Solimani filius. Thuan. lib. 12. hiſt.

NVNC verò, ſupra præſcriptum

tum eſt, Animas in Purgatorio flammis expoſitas, & immerſas non eſſe extraneas, ſed diuinæ liberalitatis heredes, Patris æterni per gratiam adoptatas filias, Chriſti ſorores, Spiritus-Sancti ſponſas. A quibus autem torquentur? Conſtat, vt in qualibet Republ. ad punitionem reorum ſunt adminiſtri vel exequutores Iuſtitiæ; ità DEVM in mundo habere Cacodæmonas quoſdam huic rei deſtinatos, tum in terra tum locis ſubterraneis. Hos antiqui Hebræi appellabant *Angelos damni*, & alio nomine *Angelos mortis*, nec non *Tortores* & *Carnifices*. Ab his dirè torqueri demortuorum in Purgatorio ſpiritus multæ reuelationes ab auctoribus fide dignis perſcriptæ indicant. Vt illa multis nota B. Furſæi apud Bedam Venerabilem lib. 3. hiſto. cap. 18. apud Dionyſium Carthuſianum libro de quattuor nouiſſ. & lib. 1. vitæ S. Bernardi cap. 10. Scio Scholaſticorum Magiſtrorum pleroſq; exiſtimaſſe fœda illa ſeruitia in Purgatorio nullam exercere poteſtatem.

Dæmones carnifices animarũ.

Angeli damni mortis. Tortores. Carnifices

Manaſſes ben-Iſrael Proble 23. de Creatio.

Tum quia omnes animæ in Purgatorio commorantes cum eſſent in vltimo conflictu Diabolum ſuperarunt: quocirca minus decens videtur vt à deuicto hoſte diuexentur: Tum quia in terris etiam perfectos maximè viros aggrediuntur Dæmones ac cruciant, non niſi quoniam ſpem concipiunt ad peccatum illos pertrahendi: Sciunt autem animas in Purgatorio, ita in gratia eſſe confirmatas, vt cadere amplius non poſsint: & vexationem profuturam ijs ad celeriorem purgationem: Quare vix credibile quidam putant, Dæmonum opera animas illic excruciari.

At quid vetat dicere, DEVM illis hoc miniſterium, maximè nolentibus iniungere, ac velle his tortoribus ad Iuſtitiæ exactam rationem vti? Sunt enim praui illi Spiritus diuinæ Iuſtitiæ miniſtri communes in vindicandis peccatis poſt hanc vitam. Ipſi etiam in Iudicio, cui omnes ſiſtuntur partes ſuas ſtrenuè agunt, & nullo diſcrimine iuſtos quoque accuſant de quocunque

vel

vel leui lapſu, aut reatu. Sanè Religioſus ille, qui poſt mortem Sancto Bernardo apparuiſſe legitur, quatuor ſe traditum aſſerebat à quibus dilaceraretur, quique illum mirè cruciabant: Sancti tamen precibus ab ijs liberatus fuit. Quod ſi verum, Iuſtitiæ locum eſſe Purgatorium tam crudeles, implacabileſque tortores ſatis demonſtrant.

His addantur inſtrumenta, quæ non Clementiam, ſed Iuſtitiam inibi ſceptrum tenere confirmabunt: inſtrumenta ad omnem lanienam aptiſsima. Fruſtra ſim, ſi hic in catalogum conijciam vncos ad dilacerandum, pectines ad conuellendum, catenas ad conſtringendum, rotas ad confringendum, cataſtas ad extendendum; quæ paſsim in reuelationum tabulis occurrunt: Hæc ſiquidem & iſtiuſmodi plura nō niſi figuratè, per translationē in Purgatorio animarum vſurpari indubitatum habemus. Non dilacerantur animæ, quibus nulla quantitatis eſt continuatio: non con- *Inſtrumēta pœnarū.*

uelluntur, quibus eſt in puncto integritas: non ſtringuntur nexibus funium, quibus non eſt corporalis dimenſio: non conſtringuntur, quibus quicquid eſt, totum eſt: non extenduntur, quibus ſpiritualis eſt conſtipatio. Sed horum omnium vim habet vnum, quod omnibus in pœnalitate inferenda antecellit, & in Purgatorio fomentum ſuum habet, Ignis.

IGNEM dum nomino, deſigno, & vncum, qui animam in mille moleſtiſſimarum cogitationum partes dilaceret; & pectinem, qui in diſtortiſsimas imaginationum particulas diuellat; & catenam, quæ arctiſsimè, vt mouere ſe non poſsit, conſtringat; & rotam, quæ potentias dirè per minutiſsimas apprehenſiunculas, appetitiunculaſque diffringat; & cataſtam, quæ ad pœnarum acerbitatem, moræque pœnoſiſsimæ longitudinem apprehendendam diducat, vt magis cruciet. Ignis præcipuum eſt in Purgatorio ad omnes cruciatus inſtrumentum: ſed ignis, non, vt in hac vita, Mi-

ſeri-

ſericordiæ diſsimulantis gelu temperatus, verùm immutabilis Iuſtitiæ rigore, furore ferè dixiſſem, Prophetica phraſi (*Domine ne in furore tuo arguas me*) accenſus & inflammatus.

A T. qualis Ignis? Ignis verè materialis, ac corporeus, ſed quæ rem merè immaterialem ac ſpiritum torqueat. Quid frequentius occurrit in viſionum narrationibus, quàm purgatione egentium animas fluuijs ferrugineas piceaſque vndas voluentibus innatare, mergi, in ijſque truculenter torqueri, nimirum

Quando exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. ——

Sed quonam corpus pacto in ſpiritum agit? ignis in animam? Officij non ſatis memor eſſem mei, ſi hiſce explicandis immorarer, & non aſſuetas Theologicis ſubtilitatibus teneras iuniorum aures tentarem, menteſque ſuſpenderem. Alia contemplationes iſtæ ſubſellia, aliud tempus exigunt. Sat ſit dicere, poſſe id ignem, veris quidem, ſed miris modis.

Aug. li. 21. de ciuit. Hoc Auguſtini eſt proloquium, cui applaudo cum Theologorum Schola. Cur enim non dicamus, quamuis miris, tamen veris modis etiam Spiritus incorporeos poſſe pœna corporali ignis affligi? Adhærebunt ſpiritus corporeis ignibus cruciandi accipientes ineffabilibus modis ab ignibus pœnas. Si modus Auguſtino Eloquentiæ Magiſtro fuit ineffabilis, quid nos balbutientes diſcipuli vltra argutamur, & conamur effari? *S. Greg. l. 4. Dial. c. 29.* *Ex igne viſibili*, inquit Gregorius, *ardor atque dolor inuiſibilis trahitur.* Itemque, *per ignem corporeum mens incorporea, etiam incorporea flamma crucia-tur.*

QVIS non horreat, dum ignem illum concipit? Ignem efficaciſsimum, vehementiſsimum, ardentiſſimum, cuius comparatione ignes noſtri fumariola quædam ſunt, & carbonum vmbra. Harum tamen vi & vrbes & nō infrequētia regna abſumpta ſunt: harum violentia montes diſsilierunt: harum edacitate quicquid in orbe

in orbe ad perpetuitatem ab homine fabricatum deuoratur. Hæc exemplaria ſunt ardentium, animaſque æternitatis candidatas inuoluentium flammarum. Hæc miſsilia ſunt, & præcurrentia iacula emendatoriæ illius, quæ ſemper in Purgatorio ardet, fornacis. Multa ſunt ab hominibus excogitata ſuppliciorum inſtrumenta, ſed nullum vehementioris doloris, nullum acutius, nullum acrius igne.

Quare apud omnes penè nationes obtinuit, vt ad grauiſsima ſcelera punienda, qualia imprimis hæreſis, & Sodomia, adhibeatur ignis. Cuius in Purgatorio violentiam incredibilem vel ex eo colligas, quod eiuſdem ſit rationis cum eo qui in Inferno vrit. Quod veriſsimum eſſe cenſent Theologi. Quis autem ambigat illius acrimoniam, indeque ortam acerbitatem omnes huius mundi cruciatus ſuperare. An fortaſſe idcirco pœnas inferni, animarum quæ purgantur vocat Eccleſia, celebri illa in Miſſæ defunctorum oratiuncula. *Libera eas de pœnis in-*

ferni & de profundo lacu: per pœnas enim inferni non malè intelliguntur Purgatorij, ob eiuſdem rationis inſtrumentum, ac cruciatum ab illo profectum.

Iuſtitia ſpectat æqualitatem.

HAEC haud dubiè ſatis eſſent æſtimatori rerum prudenti, vt ſibi perſuaderi pateretur, in Purgatorio Iuſtitiæ tribunal erectum eſſe, non Miſericordiæ, aut Clementiæ. Sed non idcirco eſt reticendum, vnde noua, & fortaſſe dictis firmior probatio deſumitur, quod vbi de æqualitate damni & commodi, dati & recepti, paſsi & repaſsi, ablati & redditi, delicti ac ſupplicij, denique de tantò & quanto agitur, ibi Iuſtitia decretorias leges ſcribat, ac ius dicat; ex quo ſecundum arithmeticam vel geometricam commenſurationem, ſingulis, quod ſuum eſt admetiatur.

Eſt enim Iuſtitia virtus, quæ in his ſimilibuſque æqualitatem conſtituit. Ceterùm, quamuis pro peccato mortali, nulla ab homine poſsit præſtari DEO, qui offenſus eſt, ſatisfactio æqualis ac condigna, nulla ſecundum

æqua-

æqualitatem reſtitutio. In quo Doctores Theologi conſentiunt. Quocirca in inferno quoque citra condignum fit punitio. Pro venialibus tamen ab homine in gratia conſtituto, ſecundum omnem Iuſtitiæ rigorem poteſt fieri æqualis ſatisfactio. Qualis in Purgatorij carcere dependitur.

In Purgatorio æqualis peccato aut reatui pœna penditur.

IN Purgatorio obtinet illa interrogatio, *Quantum debes domino meo?* Lucæ XVI. 5. illud imperium, *Redde quod debes.* Matthæi XVIII. 28. illud decretum, *Quantum glorificauerit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum, & luſtum. Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum.* In Purgatorij carcerem ſi ſemel Iudicis æquiſsimi ſententia coniectus fueris, non exies inde *donec reddas nouiſsimum quadrantem*, vt eſt Lucæ XII. vbi ſimilitudo ſumitur à debitore, qui ære dirutus, ob pecuniarium debitum trahitur & traditur in carcerem, & niſi ad nouiſsimum quadrantem, id eſt, minutiſsimam mone-

monetam(obolum nos diceremus)creditori ſatisfaciat, detinetur.

Quapropter monet Chriſtus, vt in hac vitâ cũ DEO componamus, quando facile, tanquam in Miſericordiæ officina impetramus remiſsionem pænæ peccatis debitæ: non expectemus autem ſeculum futurum, quando tanquam in foro Iuſtitiæ exigetur ſeuerisſimè æqualitas, & ſoluendum erit. *Centumpliciter, quæ fuerunt hic neglecta, redduntur in purgatorijs locis*, inquit Bernardus, *vſque ad nouiſsimum quadrantem*.

Hunc à te exiget DEVS creditor. Et antequam annuat, vt gratis quidpiam remittatur, donetur-ve, ipſe potius de ſuo ponet, ne Iuſtitiæ exactiſsimæ rigor in hoc loco violetur. Quod ſanè nouum eſt caput probationis ad Iuſtitiæ ſolium in Purgatorio firmandum. Nam ſi ſingulis donec nouiſsimum quadrantem ex propria pecuniâ, id eſt, ſatisfactione perſoluerent, in carcere Purgatorij manendum eſſet, profectò, ſecula voluerentur antequam euolarent.

Quare:

Quare permittitur, vt exhauſti debitores iſti, qui ſoluendo alioqui vix eſſent, Indulgentijs, ſeu pænarum condonatione iuuentur.

DICES fortaſſe, hoc Miſericordiam olere. At ego cenſebam id ipſum Iuſtitiam arguere: nec adhuc muto ſententiam, hac ductus ratione. Indulgentia pro defunctis eſt applicatio meritorum Chriſti, pænaliumque ipſius operum; quæ conceditur in Purgatorio detentis per modum ſuffragij, non autem per modum abſolutionis. Siquidem non abſoluit Pontifex defunctos à pænis quemadmodum abſoluit viuentes, quoniam illi non ſunt ei ſubiecti, ita vt ſunt illi. Poteſt tamen, tanquam ſupremus diſpenſator theſauri Eccleſiæ communicare bona opera pænalia, quæ in gaza Eccleſiaſtica vt ſummi Regis numi reconditi ſeruantur in iſtiuſmodi vſus. An nō hoc eſt Iuſtitiæ? Conijcit Princeps in carcerem villicum iniquitatis, debitorem, ob rationes conturbatas, decem millium, pronunciat, luendum eſſe vel in ære, vel in cute grauiſsima hominem

pæna manet, ſi vſque ad nouiſsimum quadrantem refundenda ſint ablata, vel detenta, quod Iuſtitia exigit. Quam ne violet creditor, partem pænæ ad ſe transfert; &, quod ſoluendũ ſupereſt, ex ſuis per diſpenſatorem numerari imperat. Quid cenſes? putas ne Iuſtitiã hic magis interuenire, an Miſericordiã?

Ego nõn dubitem pro Iuſtitia ſententiam ferre. Ita veteribus quoque ſapientia inclytis viſum. Apud quos de Iuſtitia commendatur *Zaleucus* Locrenſis, qui legem inter alias, tulerat, vt adulter oculis orbaretur, prudenter: nam conſiderabat pellucidos illos ac verſatiles in omnem partem orbiculos ad illud crimen illices eſſe, vel duces. At ecce filius paullo poſt commiſit facinus, vtroque lumine luendum, legis reum, pænæ quoque oportuit eſſe. Hanc tamen populus vniuerſus, commiſeratione Legislatoris, qui alium filium non habebat, & in gratiam patris remiſit: ſed hoc abnuente ac indignante: Lex, aiebat, ſancta, & pæna etiam in nobis eſto. Sed viam repperi, quâ illâ & Iuſtitia

ſalua

ſalua humanitati indulgeamus: Ipſe & ego vnum ſumus: mihi ergo vnus oculus, alter ipſi eruatur. Sua ergo prius, deinde filij oculo eruto nobili temperamento, humanitati ac proceribus ſatisfaciens Iuſtitiæ ſeueritatem ſanxit. Eodem ſpectat exemplum Perſæ.

Artaxerxes Perſarum Rex, Longimanus cognomento, identidem obtundebatur à Satibarzane gratioſo ſatrapa in re quapiã iniuſta, quam alteri volebat impetratam. Ille tandem intellexit Satibarzanem viginti millibus Daricorum conductum vt à Rege obtineret. Vocat ad ſe igitur Satrapã, & Quæſtorem, quem iubet illico illi adnumerare triginta millia. Hæc inquiens cape à me & habe. Cũ enim dedero nihil pauperior ero: at ſi illud cõceſſero multo iniuſtior. Nimirũ ne Iuſtitiam violaret, ex ſuo dari voluit.

Iam verò Chriſtus, vt Iuſtitiæ æqualitas ſeruetur in Purgatorio, ex ſuo ærario bonam partem pendi iubet: & quadantenus pænarum partem luendam ipſe ſumit: quia pænis, quas hic tolera-

tolerauerat ſatisfacit. An non hoc igitur Iuſtitiæ attribuendum eſt? Sed hæc omnia firmentur teſtimonio hominis, qui experientiâ doctus, veritatem dicere potuit, quod non dixerit, cur ſuſpicemur?

SCRIBVNT illi, quibus apparitiones demortuorum cum fide ad poſteros tranſmittere curæ fuit, cuiuſdam familiæ ſacræ religioſum, cùm extremam ſibi horam imminere animaduerteret, enixè à ſodalibus, qui circumſtabant, petiuiſſe, vt vltimam delictorum gratiam à domus Præſide poſtularent, ne ſine abſolutione Eccleſiaſtica ad DEI tribunal tranſmitteretur. Quo minus voto ipſius ſatisfieret Abbatis abſentia fuit in cauſſa. Illo redeunte petitio eius, qui vixerat, expoſita Abbatem ſolicitum habuit. Qui eius animam, antequam terræ cadauer mandaretur, cum ante aram proſtratus commendaret, ecce tibi fratris mortui vmbra, aut ſpiritus, benedictionem, condonationemque poſtulans. Prolatis ab Abbate ſolennibus verbis, quibus

poſt

poſt teſtatam DEI miſericordiam abſolutionem dári moseſt, pænitentiæ aliquod opus ſibi iniungi poſtulat Monachus. Hæſit Antiſtes, dubitans, quam nam demortuo pænitentiam perficiendam imponere poſſet. Tandem, pro ſalutari, inquit pænitentia in Purgatorio ſit anima tua, donec corpus (quod mox futurum erat) ſepulchro inferatur. Quo audito, territus defunctus, lamentabili voce, quæ ampliſsimi monaſterij adyta perſonabat, exclamauit: O ſine miſericordia pænitentia! Papæ! ſine miſericordia. Profectò ni exiſtimaſſet à Purgatorio Miſericordiam abeſſe, nunquam pænitentiam in Purgatorio, vnius fortaſſe horulæ ſpacio ex ſoluendum pænitentiam ſine miſericordia vocaſſet. Itaque in Purgatorio Iuſtitia ſola rerum potiri videtur.

IAM noſtræ partes ſunt vt ad Iuſtitiam ſupremi Iudicis conuerſi, illā non modò ſupplici prece, ſed & larga eleemoſynarum diſtributione, calamitoſorum ſubleuatione, Sanctorum inuocatione, quæque horum omnium

eſt ani-

eſt anima, vitæ ſequioris ſeriâ correctione, virtutumque Chriſtianarum repetitis officijs, beneuolam, propitiamque, nobis, amicis, ac benefactoribus noſtris faciamus. De hoc omninò certi, ſi ſemel è vitæ huius ſtatione, in qua Miſericordia DEI ſuper omnia opera eius diſceſſerimus, & ad tenebricoſos illos Iuſtitiæ carceres amandati fuerimus, non exiturum inde vllum, niſi vel grauiſsima ſecundum æqualitatẽ rigoroſam ſatisfactione ex proprijs, vel priuatis amicorũ, aut cõmunibus Eccleſiæ ſuffragijs adiusus, rationibus omnibus Iuſtitia præſide putatis, reddiderit vſque ad nouiſsimum quadrantem. Credite, & cauete.

NOTÆ.

5. PHILLIPPVS II. *Rex Hiſpaniarum filium habuit Carolum* XXIII. *Annos natum, quem ſic interijſſe quidam ferunt Anno* 1568. *Mendoza anno* 1567. *Opmerus in Chron.*

FILIVS ante DIeM patrIos InqVIrIt In annos :

Franciſcus Haræus Tomo 3. Belg. Cum aliquamdiu in cuſtodia fuiſſet, menſe Iulio è vita ſublatus eſt. Famiani Strada alia eſt narratio in Leone Belgico.

§. ORIGENES.] *De huius errore Epiphanius epiſt. ad Ioann. Ieroſolym. Auguſt. lib. 21. de ciuit. cap. 17. & 27. Hier. in cap. 3. Iona. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 45. & 46. item lib. 34. cap. 12. & 13.*

§. VIDIT Gallia.] *Anno 1610. 14. Maij Pariſijs in Ferroneria vico Henricus* IV. *à Franciſco Rauiliach Engoliſmenſi trucidatus eſt. 27. Maij pronunciata exequutionique eſt mandata ſententia. Petrus Matthæi, alijque Hiſtorici.*

§. HOLLANDIA.] *Anno 1584. 10. Iulij Balthaſar Girardus Burgundus 27. annos. Principem Orangium ſclopeto traiecit. Hiſtorici varij, è quibus Franciſcus Haræus lib. 3. tumult. Belgic. à viro Delphenſi fide digno ſe accepiſſe teſtatur.*

CHRISTOPHORVS *Gama* ſtrenuus pro Luſitano Rege apud Indos dux, ter

alapis & opprobrijs ob ſonare patientiam inuictam: tandem manu ipſe Rex ſua ſacrum illud caput impia ſecuri reſecuit. Nihil inter hæc Chriſtophorus iterabat formido tua ſupplicia, miles CHRISTI ſum & B. MARIAE. Deinde cadauer in quattuor partes ſectum. *Ioann. Euſebius Nierembergius in hiſtoria natura, lib. 6. cap. 70.*

SERMO III.

PVRGATORIVM videri Miſericordiæ theatrum.

Numquid obliuiſcetur miſereri DEVS? *aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?*

Pſalmo LXXVI. 10.

Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino Miſericordia circumdabit.

Pſalmo XXXI. 10.

Lex Clementiæ in linguâ eius. Prouerb.

D Mi-

Miſericordia & Veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur Clementia thronus eius. Prou. xx. 28.

Iudicium ſine Miſericordia illi, qui non fecit Miſericordiam. Superexaltat autem Miſericordia iudicium. Iacobi II. 13.

HOc anniuerſario Animarum in pace quieſcentium die, ſit Benefactorum noſtrorum memoria in benedictione, bene ſit Amicis: bene Sereniſs. Principi MAXIMILIANO HENRICO, Præfecto Sodalitatis viuo, bene defunctis in Domino, & Parthenicæ Congregationis N. Beneuolis, Pax cunctis à Domino, & æternum bene viuere ac felicitas in luce Sanctorum. Benefactorum hic eſt catalogus. *Legatur.* ———

Hos omnes, DEVS æterne, afflictorum ſolatium, in Te ſperantes tua circumdet Miſericordia, de qua iam dicere aggrediamur.

EA commentatione ſacra, quam de Purgatorio anno ſuperiore ex hoc ipſo loco habuimus, initium datum fuit diſceptationi parænetica, *An Purgatorium Iuſtitia potius, quàm Clementia*

ſeu

ſeu Miſericordiæ theatrum nũcupari debeat? Et tunc quidem ſeuerioris DIVAE ſuſcepto patrocinio, ita eius ſolium in pœnali illâ regia firmaſſe viſi ſumus, vt Clementia veluti loco pulſa meritò conqueri poſſe videatur. Neque ſanè demortuorum illis ſpiritibus, qui ſub torrida illa zona pænis exercentur ſatis conſultum eſſe poteſt, ſi excluſo penitus Clementiæ moderamine, ſolius Iuſtitiæ, ſummum rigorem expetere ſolitæ ſatellitibus tradantur.

Verùm, nunquam mihi fuit conſilium in Clementiam delinquere. Miſeri ſunt vndequaque, qui Miſericordiam, quâ niſi volente ac propitia nemo eſt felix, offendunt. Miſeri profectò, quibus Miſericordiæ deficit benignitas. Infelices, quibus ſolius Iuſtitiæ acerbitatem experiri contingit. Neque animas illas electas, DEOque dilecta ad ſocietatem Cælitum, poſt breuem moram, transferendas irritare expedit, nobiſque auerſas, aut minus fauentes reddere. Quapropter hodie Miſericordiæ, ſeu Clementiæ thronus

in Purgatorij ditione ſtabiliendus eſt. Nemo ſibi perſuadeat, nos ſeueritatis potius, quàm lenitatis tribunal exoptare. Scimus in conſpectu ſeueri Iudicis non iuſtificari omnem viuentem: Miſericordiam autem ſuperexaltare iudicium. Illius ergo faueamus imperio: illi Aram, non Vindictæ, ſtatuamus.

Et vos, Animæ electæ, ſi Iuſtitiæ præconium terruit, ſpem concipite, hodie Clementiæ litabimus: metum ponite, Miſericordiam ad vos inducemus. Eius ſenſu vos ſaluto, ſed verbis, quibus quondam Miſericordiæ Corculum Ioannes Electam Dominam & natos eius, quos diligebat in veritate.

2. Ioann. 3. *Sit vobis cum gratia, Miſericordia, Pax à* DEO *Patre, & à* IESV CHRISTO *Filio Patris in carita e & veritate.*

Miſericordia & Clementia eadem virtus. AIO Purgatorium Miſericordiæ, ſeu Clementiæ theatrum eſſe. Non libet litigare de voce, ſi nullum rei ſit certamen. Chriſtianè loquimur, non Stoicè. Quam ſectam dum humanitati fauet, amo & æſtimo, dum crudelitati, deſpuo, & abominor. Chriſtiani in ſa-

cris eloquijs Miſericordiam & Clementiam, ſyllabis, non natura diſterminant. Vtroque vocabulo virtutem deſignant, cuius fætus ſit gratia, pax, remiſsio, venia. Nota ſunt illa, in quibus vtriuſque, ſed alterutrius nomine expreſſo, eſt commendatio. *Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur Clementia thronus eius*, Prouerb. xx. 28 *Iudicium ſine miſericordia*, id eſt, abſque Clementia, *illi qui non fecit miſericordiam*, Iacobi 2.13. *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino Miſericordia circumdabit.* Pſalmo xxxi.10. Stoicis Miſericordia eſt alterum extremum Clementiæ oppoſitum, quod nimia lenitas vocari poteſt.

Conſtituitur enim ab ijs Clementia inter Crudelitatem, & Lenitatem nimiam media, quam rectè deſcribimus, cum Seneca lib. ſecundo de Clementia capite 3. *Temperantiam animi in poteſtate vlciſcendi*: vel, ſi malis, *Lenitatem ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis, & in remittendis.* Idem cenſetur eſſe munus Miſericordiæ, quæ virtus, vt differit Auguſtinus, ita rationi ſeruit, vt con,

Clementiæ deſcriptio

Lib. 9. de ciuit. cap. 5.

vt conſeruetur Iuſtitia, ſiue cum tribuitur indigenti, ſiue cùm ignoſcitur pænitenti. Clementia *eſt moderatio aliquid ex merita ac debitâ pæna remittens.* Atque ideò non eſt expectandum ad Clementiæ diuinæ commendationem, vt dicamus: In Purgatorio maculatas illas, ideoque ſupplicio addictas, & ad Superos adhelātes animas, in igneis illis ergaſtulis tanquam ingeniali toro detineri pænarum expertes: vel quod ridiculè magis ſed ore blaſphemo deblaterant ſectarij, quaſi noſtrum dogma: In Purgatorio, velut in itinerantium diuerſorio, aut taberna vinaria tranſeuntes animas deguſtandum à pocillatore vinum accipere, vt iter hilariores conficiant.

NON ſunt mihi credite, & ijs, qui experientia docti, ad nos inde redeũt, illo in loco molles ad deliciandum lectuli, ad quieſcendum accubitus: non ſubſternuntur carbones, tanquam plumeæ, vel roſa fartæ inculcatæque culcitræ, non obteguntur inibi degentes alijs, quàm flammarum toralibus: non molliores experiũtur, quàm ſaxorum

rum puluinos. Torquentur *miris*, ſed *veris* modis, & tamen Clementiæ theatrum Purgatorium eſſe dicimus. Siquidem Clementia Iuſtitiæ vindicatiuæ officium non excludit, ſed aſperitatem mitigat. Eſt Clementia gratia quædam ac condonatio, ſed non plena aut perfecta; alioqui non diſtingueretur à venia, ſed ex parte. Facit, vt mitior irrogetur pæna, quàm ſecundum rigorem irrogari poſſet.

Mitigatio pœnarum duplex.

PORRO mitigari contingit pænas vniuersè bifariam, extenſionis nimirum & intenſionis rationibus temperatis, ac terminis acciſis. Extenſio latitudinem, longitudinemque complectitur. Latitudinem voco, dum ad plures partes, quod arctari poſſet, tormentum diffunditur. Longitudo eſt temporis diuturnitas. Intenſio in acerbitate grauitateque ſupplicij conſiſtit. Hanc mirum, quam multa temperent in Purgatorio. Summa aliquot capita indicaſſe ſatis fuerit. Horum primum ſit, Certitudo de ſalute. Eſt enim iam dudum exploſa è noſtris ſcholis, non tam doctrina, quàm opinatio

erronea quorundam, exiſtimantium, animas in Purgatorio non ſolùm non frui hac certitudine, verum in turbulento dubitationis ſolicitæ freto circumferri, & perpetuis anxietatis fluctibus agitari: imò nonnunquam in deſperationis ſcopulum impingere, eiq; adhæreſcere, ob grauiſsimos quos patiuntur dolores. Quem errorem Lutherus antequam Purgatoriu m prorſus negaret, complectebatur; ratus, illas animas verè deſperare, & eſſe id grauiſsimum eorum peccatum.

Mitius aliquantulùm alij pronunciant, non deſperare quidem, aut peccare; ſimpliciter tamen eſſe incertas de ſuo ſtatu: &, an ſint perpetuò torquendæ, annon: imò, hanc maximam eſſe illarum pœnam exiſtimant. Adducuntur ad hoc aſſerendum reuelationibus quibuſdā, quas ex Petro Cluniacenſi recēſet Dionyſ. Carthuſianus lib. de quattuor nouiſsimis, artic. 47. In quadam ex ijs inducitur Anima hæc proferens: *Scio, quia ante Iudicij diem veniam non obtinebo*. an autem tunc, incertum habeo. Deinde interpoſitis nonnullis

nullis hæc ſubiunguntur. *Qui taliter torquebantur, communiter erant incerti an finaliter ſaluarentur; & quaſi deſperabiliter fluctuabant; qui in tormentis ſuis nihil exiſtimabant ita pœnale; ſicut incertitudinem indulgentiæ.*

Aliud habet ſana Theologorum doctrina, cuius hoc eſt pronunciatum, Animas illas electas nulla irrationabili; ac præpoſtera anxietate vel impatientia pænas inflictas perpeti, nullis perturbari doloribus, nullis concuti anxietatibus vt deſperationi ſuccumbant. Abſit cogitare, tranquillis illis pectoribus vllos, quamuis diros, ſed meritos cruciatus patientiam extorquere. Valet hic quod à Sapiente vniuerſim eſt dictum: *Non contriſtabit Iuſtum quicquid ei acciderit*, Prouerbiorum XII. id eſt, non perturbabit, non deiecto illum animo faciet; ſed æquo feret omnia; probè ſciens, non abſque diuina prouidentia iuſtitiaque euenire, quæ patitur. Adde, ſecuras certaſque eſſe, tam de gratia diuina, quam amicitia DEI comitem habet, in qua ſunt cõfirmatæ; tum de beatitudine indubiè conſequenda: ſiue id habeant per ſci-

entiam intuitiuam euidentem, ſiue per nouas à Deo infuſas menti imagines, ſiue per notitiam Theologicã ex principijs fidei deductám, ſiue per reuelationem, ſiue per viam aliquam aliam Deo haud incognitam.

Quantum autẽ pœnarum acerbitatem minuat, felicitatis arrhâ donatum eſſe, de eaque certiſsimò communicandæ ſecurum agere, me tacẽte, quilibet intelligit. Date mihi aliquem, qui certitudinem habeat de ſalute, & beatitudine quam infallibiliter obtinebit; id eſt, certitudinẽ, cui falſum ſubeſſe nequeat, diuina reuelatione acceptam, & atteſtatione firmatam: huius autem contemplatione attentiſsimè fruatur, etiamſi flammæ illum admoueas, flagellis dilanies, vncis dilaceres, rota confringas, in boue igne ſuppoſito concluſum habeas, medio trãquillus in igne ridebit, cantillabit, & fortaſſe cum Laurentio, iocabitur in craticula, & ad maiora audenda, ſi ita viſum iudici, vel carnificem, vel elementa ipſa animabit, cælum cogitans.

Occur-

Occurret frequenter inter crepitantes plagas, vel flammas illud, Ad patriam, ad patriam: recreabit iſtud, *Sic itur*: tandem perueniemus: hæc quondam meminiſſe iuuabit. Tantum de pænarum ſenſu demit certitudo ſalutis, modò ſcias, quanti ſit non poſſe excidere. Salutabat ille quondam adhuc ſpei dubius, ſalutabat tamen gaudens inter procelloſa pelagi, illam, ob quã tam multis iactatus, iactabatur etiamnum regionem, exclamans identidem. *Italiam Italiam*! Quamuis igitur ſpes, quæ differtur, affligat, animam ſi tamen coniuncta ſit certitudo, quæ diſcriminis ſecuram faciat, illa, vt timorem contrarij expellit, ita mirum in modum recreat, facitque, quæ videbantur intolerabilia; per quam facilia toleratu. Vt accidit animabus in Purgatorio.

Impeccabilitas animarum in Purgatorio.

QVARVM ſupplicium lenius quoque facit Impeccabilitas, quæ magni cauſſa eſt ſolatij. Exiſtimamus enim iuſtorum animas purgatione temporanea indigentes in ipſo mortis momento, ac ſeparatione à corpore, ita in gratia ac bono confirmari, vt am-

plius peccare non poſſunt. Hanc autem firmitatem Clementia in Purgatorio operatur. Cùm enim inibi DEVM clarè non videant, vt beati: cùm natura ſua non ſint immutabiles: cùm ad infallibilem illam conſtantiam habitus aliquis ipſis communicatus non ſufficiat: nec poſsit ab intrinſeca aliqua perfectione ſiue habituali, ſiue actuali, vel naturali huiuſmodi prouenire perſeuerantia, neceſſe eſt dicere, ſuam illam perpetua protectione Miſericordiam efficere.

Viſitatio, & conſolatio ab Angelis.

EIDEM adſcribendum eſt, quod à bonis Angelis, & tutelaribus potiſsimùm Animæ in Purgatorio viſitentur, animentur, ac conſolationem identidem accipiant. Multum ſanè facit ad doloris acerbitatem remittendam fidelis amici confortatio.

Hor. l. 1. Ep. 1.

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem,
Poſſis, & magnam morbi deponere partem:

canebat ille. Id ſi valet in hominum euanidis ac nugacibus fabulamentis, an non locum habebit in ſolidis veriſſimuſque cælitũ adhortationibus, qui

non emortua verba, mortalium more, ſpargunt, ſed rem dare poſſunt, quæ animas voluptate iucundiſsimâ compleat. Videndos autem ſe dare bonos Angelos illis in Purgatorio æternitatis candidatis, cùm iiſque ſuauiſsimè colloqui, ſi vlla fides reuelationibus habenda eſt, negari non poteſt.

NESCIO quas ferias ijs, quæ torquentur animabus adſcribat Poëta Chriſtianus Prudentius:

Feriæ in Purgatorio Hym. de nouo lum. Paſchat. Sabbat.

> *Sunt & ſpiritibus, ſæpe nocentibus*
> *Pœnarum celebres ſub ſtyge feriæ.*

Si de damnatis in inferno loquitur, ludit, vt Poëtis mos eſt, quibus quidlibet audendi, loquendique, imò fingendi nonnunquam æqua eſt poteſtas. Si de ijs, qui in Purgatorio, datur ne ijs vacatio aliqua & pœnarum intermiſsio, vt vires reſumant, ac animoſius deinde cataſtam ſubeant, & torqueantur. Suntne ijs in locis animabus, à ſupplicijs vt hic adoleſcentibus noſtris hebdomade qualibet à ſtudijs, remiſsionis dies? Non reor equidem: id enim ego non Clementiæ adſcriberem, ſed ſeueritati. Nam ad eaſdem pœnas redeundum eſſet, temd-

puſque quo carendum beatitudine prolongaretur, quod ijs minimè optandum.

Quod autem aliqui diſputant. Vtrum Purgatorij inquilinæ ante abſolutam planè purgationem, inde ad tempus exire valeant, ad has ferias minimè ſpectat. Siquidem ridiculum eſſet, ac puerile, exiſtimare, quamuis egredi permitterentur, à pænis liberas eſſe. Sed quemadmodum Dæmones hoc in aëre dum vagantur, vel in hominum ſunt corporibus, ignem ſecum deferunt; ita ſuas ſecum Animæ flammas deportarent, etiamſi quandoque ſubterraneo ergaſtulo non detinerentur. Quod tamen haud contingit, niſi DEO præter legem ſemel fixam, quidpiam indulgente.

Feriæ Animarum

Poſſunt igitur eſſe, & appellari Animarum feriæ, conſolationes illæ, quas tum Angelorum viſitatione, in eaque colloquio recipiunt, tum ab hominum Sanctorumque in cælis regnantium precibus nonnunquam habent: ijs enim internum

quen-

quendam delectationis motum; & nobis inexpertam hilaritudinem impetrari, ac pro ijs ſupplicantes mereri de congruo mihi ſanè nullum eſt dubium.

QVANTVM autem illud eſt exaggeratæ in Purgatorio Clementiæ, & mitigatæ pænæ indicium, quod Eccleſia in Miſſæ Canone, in quo ſingula verba veritatis exactæ trutinâ librata ſunt, dicat, eas in pace dormire ac quieſcere, quod certè ſummam quandam lenitatem ſignificat. Quid quod certis reuelationibus conſtèt, aliquarum in Purgatorio agentium animarum pænam tam eſſe exiguam, vt nihil penè pati videantur? Quales erant illæ, quæ veſtibus albis indutæ viſæ ſunt in locis lucidis, & amænis, reor poſt tolerata in ignibus ſupplicia. De quibus V. Beda lib. v. hiſtoriæ cap. 13. nonnulla recenſet. *Dormire in pace.*

Quid quod omniū pænæ, licet anteà intenſiſsimæ ita paullatim minuantur ac remittantur, vt tam ſint modicæ, vt amplius vix remitti nequeat? Quod ex narratione D. Bernardi habetur in vita

S. Malachiæ. Vbi ſcribit: oranti Epiſcopo pro ſorore defunctâ, ipſam ter apparuiſſe: primò quidem in veſte nigra, & extra Eccleſiam: ſecundò in ſubfuſcâ, atque intra eccleſiam: tertiò in veſtè alba ad ipſum altare cum Sanctis aliis. Ex quibus intellexit, animam ſororis, paulatim remittentibus ſe pœnis, ad finem purgationis veniſſe.

Quid quod quarundam tam velox ſit tranſitus, vt ſe penè haud prius in Purgatorio eſſe, quam fuiſſe intelligant? illudque admirabundæ decantent: *Tranſiuimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium.* Nimirum, cogitat DEVS publicum ſe parentem eſſe. Et quemadmodum priuati illi parentes liberos peccantes nonnunquam caſtigant: interdum virgas tantùm oſtendunt, rati hoc ſatis eſſe pœnarum, ſi inſtrumentum illarum videant, aut leniſsimè ſentiant, quo intelligant quid indulgens pater potuiſſet infligere. Haud ſecus ille facit aliquando & Clementiæ ſuæ obſequitur.

ATQVE hæc quidem ſunt quæ demonſtrant Clementiæ locum eſſe in Purgatorio, ſi pœnarum intenſionem ſpectemus, quæ per illam mitigatur plurimum. Non minus autem ibi munus exercet illa ſuum in extenſione contrahenda. Et quidem imprimis Clementiæ beneficium eſt, ſi dum Iuſtitiæ æqualitas poſceret diuerſorum membrorum cruciatum, vnius non acerbiſsimâ pœna ſatisfieri permittat. Sicè contrario, crudelitatis eſt, ultra, quàm leges præſcribant, pœnam extendere. Fertur in publicum latronem multorum reum homicidiorum ſententia, vt ignitis forcipibus in omni corporis parte, quæ muſculoſa, compacta carnis pulpa eſt valida excerpatur, flagris concidatur, ignes pectori admoueantur, dorſo nouacula, vt ex pelle ligulæ fiant, cruribus rotâ, vt oſſa confringantur penitus, temporibus malleus, vt bouis inſtar, concidat, ceteris membris carbones ſubiici, vt in cineres buſtum abeat. Miſericors iudex conſtringat tot membrorum carnificinam, & vnius

Extenſio pœnarum.

alte-

alteriusue membri cruciatu ſupplicium definiat, eo ipſo Clementis titulum merebitur. Hanc pœnarum adſtrictionem Purgatorij propriam eſſe, lege à Clementia inibi imperitante latâ, conuincit vnius tantum partis ſupplicium. Peccauit homo anima & corpore, hoc ſæpe inſtigante, irritante, attrahente. Quis non videt, ſi coram Iuſtitiæ tribunanali cauſſa ageretur vtrique æqualem quadantenus pœnam infligi oportere: vt quantum, in delicijs fuit pellex caro, tantum cum proco & amatore ſuo tormenti perferat. Sed auctoritatem ſuam interponit ſoſpitatrix Clementia, & Iuſtitiæ rigore temperato, corpus à pœna eximit, modica complicis animæ afflictione contenta.

I. Cæſar. Deprædicatvr à profanis Iulij Cæſaris mitis in reos animos. Is captus à piratis, iurauerat ſæpius, ſe cruci omnes ſubfixurum, ſi in poteſtatem redegiſſet. Redegit haud ita multo poſt: æſtuabat tamen, quod crudele videretur, ſupplices in cru-

cem

cem agere, iuriſiurandi autem reli-
gio veniam abnueret. In hoc certa-
mine humanitatis ac fidei Clementia
ſe mediam interpoſuit, & vtrique ſa-
tisfaciendum hoc moderamine per-
ſuaſit: iugulari prius poſſe, deinde
ſuffigi. Hoc factum, & ſatis vtrique,
neutrius violatione.

Crediderim equidem, ſi humana
diuinis conferre, aut humanis diui-
na illuſtrare licet, & noſtro more
balbutire; cùm pœnæ demeritis in
ſuprema cœlitum curia conſtitue-
rentur, ſuaſiſſe Amorem DEO, qui
ſemper ſuorum eſt amans, & pater
indulgens, vt mortalibus delictorum
quorundam, quæ modica habentur,
gratiam faceret, pœna omni con-
donatâ: intercesſiſſe Iuſtitiam, &
nihil ſine illius expiatione, qui de-
liquit, condonandum, diſputaſſe:
hominem ex corpore & animâ con-
ſtantem, vtraque parte puniendum:
animam non peccare ſolam, carnem
ſociam ferè ſemper eſſe; ac ſæpe il-
licem. In hoc conflictu Amoris & Iu-
ſtitiæ Miſericordiam repperiſſe viam:
Ani-

Animæ ſupplicio Iuſtitiæ ſatisfaciendum, corporis exemptione Amori.
Pſal. 144. Profectò, *Suauis eſt Dominus vniuerſis, miſerationes eius ſuper omnia opera eius, Parcis omnibus, quoniam tua ſunt Domine,*
Sap. 11. qui amas animas. *O quàm bonus, & ſuauis eſt Domine, Spiritus tuus in omnibus!* Miſericordiæ moderamine Iuſtitiæ ſatisfieri nullum eſt dubium. Mitigat ergò Clementia, quam irrogare poſſet Iuſtitia pœnam in Purgatorio, ſi latitudinem extenſionis ſpectemus.

Diuturnitas pœnæ. NEC minus ſi longitudinem, ſiue diuturnitatem, quam contrahit, in multas alioquin annorum centurias procurſuram. Eſt Clementiæ arctare in hac re terminos. Hoc titulo Cle-
lib. 3. Reg. 14. mentiæ laudem meruit, ille DEO cœloque plenus Rex; qui cum Abſalomus filius fratrem Ammonem proterue ac crudeliter in conuiuio interfeciſſet, & triennio apud auum maternum in Syria exulaſſet, fractus, & miſertus, cùm tempus extendere poſſet, reuocauit. Eſt quidem ſingulis in Purgatorium ablegatis, decreto diui-

diuino ſtatutus manſionis eo in loco terminus. Nouit perbenè mēſurarum omnium, ac proportionum Dictator, quanti temporis ſupplicium, cuiuſuis generis peccatorum piaculis reſpondeat; ſed quâ eſt lenitate, & in electas animas clementia, non præfigit limitem, quem, ſi ſummo iuris habenda eſſet ratio, Iuſtitia poneret; ſed quem pangit Miſericordia. Cuius eſt, admirandis inuentionibus tempus alioqui longiſsimum abbreuiare. Quare attendite, quæſo vos, diligenter, & Clementiæ, vel potius vobis, quibus aliquando per illam ſubueniendum erit, fauete.

Abbreuiatio pœnarū

NON omnes ego quidem abbreuiandi modos commemorabo, id enim infinitum penè eſſet, ſed aliquos tantùm, qui magis ad inſtitutum noſtrum ſpectare videbuntur proferam. Principio, non probatur ſingularis illa Viri quamuis pij ac eruditi opinatio, neminem vltra decennium in Purgatorio detineri. Multo minus placet, quod errorem ſapit Lutheri, homi-

hominis Inferno, quem admittit, quam Purgatorio, quod exſibilat, magis fauentis, Purgatorium breuiſsimis lecti fatalis ſpacijs circumſcribi, illiuſque temporis momentaneo interuallo, ac morte terminari. Obſtant vtrique perſuaſioni Patrum dicta, & reuelationes fide dignæ: licet non omnibus, quæ paſsim circumferuntur, abſque iudicio fidem adhiberi velim; obſtat denique ratio.

Intenſio compenſat extenſionē. Ille igitur abbreuiandi modus fortaſſe alicui in mentem venit, quo pœnarum duratio, accruciatuum extenſio intenſione compenſetur. Quod fieri poſſe nullum eſt dubium. Manendum eſſet alicui xxx. annis, ſed in pœna mediocri vt quattuor, phraſi philoſophicâ: quantum augetur pœnæ grauitas, tantum extenſioni demitur. Creſcat igitur, vt vnius hebdomadæ ſupplicium acerbiſsimum triginta annorum mediocri reſpondeat; finita illa ſeptimanâ euolabit. Applauderem, ſi, quam certum eſt, illud fieri poſſe, tam nobis exploratum eſſet, Clementiæ decreto fieri: aut

Mi-

Miſericordiæ potius, quàm Iuſtitiæ id adſcribendum eſſe; de quo haud immerito quis dubitet. Scio ſentire magnum ætatis noſtræ Theologum, Sanctos, qui pro animabus Purgatorij orant, petere poſſe, earum vt liberatio acceleretur, etiamſi neceſſe ſit, diuturnitatem temporis intenſione pænarum compenſari. Verùm obſeruat idem benè, hoc commutationis genus, quamuis aliquam gratiam continere videatur, non tamen excludere omninò æqualitatem Iuſtitiæ. Itaque miſsis ambiguis, illud ſtatuamus. *Suarez diſp. 48. de ſuffrag. ſect. 5. n 9.*

PROLIXAS Purgatorij pænas contrahi ſuffragiorum alienorum repetitione: eas autem ad pænarum remiſsionem, vel mitigationem acceptari Clementiæ lenitatem arguit. Imò, Iuſtitiæ, inquis, ſeueritatem; cùm nulla hic fiat gratuita condonatio, ſed in compenſatione ſeruetur æqualitas. Scrupulum hunc eximet cognitio modi, quo defunctorum animabus proſunt viuentium ſuffragia. Illud *Suffragia pro Defunctis.*

in

in confeſſo eſt apud omnes, Suffragia prodeſſe poſſe in Purgatorio exiſtentibus ad integram pœnarum remiſsionem. Siquidem pœna, quam debent animæ, cùm finita ſit, intenſiuè atque extenſiuè, per opus aliquod finitum compenſari poteſt. In omni etiam finita pœna certi ſunt gradus. quocirca ſi remitti poteſt per ſuffragia, quod nemo negauerit, poterit omninò tolli: aut illa ſucceſsiue multiplicando, aut ſimul in diuerſis perſonis, aut ita augendo vnum idemque opus, vt multis operibus ſatisfactorijs, atque adeò toti pœnæ æquiualeat.

I A M verò, quoniam duobus vijs ad pœnarum remiſsionem, & abbreuiationem perueniri poteſt: nempè, vel impetrando, vt gratis remittatur; vel ſoluendo & ſatisfaciendo pro alio quam debet, exiſtimant non infimi ſubſellij Theologi, obtinere nonnunquam fideles à D E O, pro animabus ſibi carorum gratuitam ſupplicij remiſsionem per medium impetrationis. Quod ad Clementiæ

Caietan. Tom. 1. opuſcular. tractat. 16.

mentiæ tribunal ſpectat. Quid enim in hac clementiſsimi Patris conceſſione, quod non ſit eius bonitati conſentaneum? An non ſæpè à mitioris ingenij Principe, ſine æquiualenti ſatisfactione, pœnæ relaxatio impetratur? Et quo alio modo Beatæ Mentes, quas pro Purgatorij incolis ſupplicare nulla eſt ambigendi ratio, veniam poſtulant, & conſequuntur? Cùm enim non ſint amplius in ſatisfaciendi ſtatu, impetrant, vt gratis fiat remiſsio. Quò tendit benigna mater Eccleſia, cùm frequenter DEVM orat, vt per ſuam pijſsimam miſericordiam à tormentis piorum animas à pœnis eripiat.

SED ſit ita, vt volunt nonnulli huius temporis præclari Theologi: nunquam pœnarum condonationem elargiri DEVM in Purgatorio detentis: niſi ſatisfactione pro ijs oblatâ, adhuc contendere non verebor, cum multis; illam ipſam ſatisfactionem acceptare, eſſe Miſericordiæ; addunt aliqui; & quidem Miſericordiæ ſolius, vt Iuſtitiam excludant: ſed ego ſatis habeam, ſi ad- *Suarez ſect. 5. n. 5.*

iungere particulam, *potiſſimùm* liceat neque enim eſt animus Iuſtitiæ exilium indicere. Augetur in hoc capite Clementia eo titulo, quod non interueniente Iuſtitiæ æqualitate, pactis conuentiſque ſtetur fideliter, & infallibiliter oblata proſint ſuffragia: ſi non omnibus, quod tamen plurimi admittunt, non ſine magna probabilitatis ſpecie, certè aliquibus, atque ijs præſertim, quæ dum mortalitate adhuc circumdatæ eſſent, ſingulari quodam affectu erga illius loci captiuas ferebantur, eaſque ope ſua iuuare ſtudebant.

Genera ſuffragiorũ tria.

ADHAEC, in ſingulis ſuffragiorum generibus, quibus pœna vel abbreuiatur, vel omninò tollitur ſingularem animaduertere licet Clementiæ lenitatem. Tria ſunt ſuffragiorum capita: *Incruentum Miſſæ ſacrificium*, *Oratio*, & *Opera* quælibet pœnalia & ſatisfactoria, vt eleemoſynæ, ieiunia, peregrinationes, ac ſimilia; quibus *Indulgentia* accenſeri ſolent, quæ ſunt applicatio ſatisfactionum, ſiue operum pœnalium Chriſti,

ac

ac Sanctorum, vt proſint defunctis. *Orationibus* inquit D. Auguſtinus, Sermone XXXII. de verbis Apoſtoli. *Sancta Eccleſia, & ſacrificio ſalutari, non eſt dubium mortuos adiuuari.* Oratio autem non tantùm vt opus laborioſum eſt, verum etiam, vt eſt impetratoria, quod orationi eſt proprium, prodeſt non parum ex Clementiæ decreto. Quanta benignitas, Sacrificio, cuius infinitus eſt valor, ſi pro defunctis offeratur, infallibilem effectum, pœnæque remiſsionem tribuiſſe? Quid autem aliud eſt, Indulgētiarum diſtributio, quàm numorum (hoc exemplo vtendum ad vulgi captum) quibus talentorum aliquot debitum ad nouiſsimum vſque quadrantem perſoluatur.

Nimirum, tu fortunis priuatus omnibus, poſt dilapidatam ſubſtantiam, innumera contraxiſti nomina, nec ſoluendo eſſes, niſi quæ ſuperſunt alicubi, diuenditis, pellem etiam poneres, ac in piſtrino multos annos circumagereris ſcuticę expoſitus. Tui miſertus creditor numos non ad

teſtetur, modò ſit, qui ſe offerat.

AT omnes refugiunt, ſui magis, quàm tui memores. Tunc ille idem & iudex & pater pius, nunc quoque tu alter, tibi decreta tormenta in ſe ſuſcipit, vt tu libertatem conſequaris; & non animaduertis in hominis illius animà imperantis Clementiæ potentiam? Simile quid contingit, cum CHRISTI parentis indulgentiſsimi, ac Sanctorum paſsionibus per Indulgentias applicatis à pœna liberantur defunctorum animæ: & non cernis in Purgatorio longè lateque dominantem Clementiam? non iuuat accinere, regnat, regnet io ſemper in Purgatorio Miſericordia!

OSTENDAM idem clariſsimè ad popularem intelligentiam. Condonato tibi, vt quondam parricidæ Abſaloni, mitiſsimi patris affectu parricidij crimine, exilij in inferno perpetui remiſsione facta, temporanea ſupereſt luenda pœna, conſpectu Regis carendum: & qui ex ea orbitate dolor mœſtitudo, cruciatus, lacrymæ perferenda: nec ſpes eſt admiſsionis, niſi

exacto triennij curriculo. Hinc tui miſertus non nemo è Palatinorum numero, quid ſi ſit Principis filius vnicè dilectus, patris delitiæ ac hæres? ſacco induitur, intonſam demittit cæſariem, funem, vt reus, torquis vice, collo applicat, nudis pedibus, vdis oculis, diffibulato thorace, in nodum coactis manibus, ſciſſa tunica, illuuie ſqualidus ad Regem ingreditur, ad genua accidit, eaque amplexatur, rogat, ſupplicat, obteſtatur, voce, gemitu, ſuſpirijs; regiam clementiam, paternum pectus, Principis miſericordiam inuocat, ſortem acerbam miſeratus eius, cui facinus iam condonatum, diuturnitatem temporis, quo optatiſsimo heri conſpectu frui non licet, incidat: hanc filij longè cariſsimi ſolitudinem, hæc pœnæ voluntariæ documenta multiplicia, has preces, lacrymas, dolores, ac gemitus compenſationis loco accipiat.

POSSET hic dicere pater, ſi chalybem haberet circa pectus, ac iuſtitiam tantum ſpectaret, dentem pro dente,

ocu-

oculum pro oculo, pellem pro pelle: anima quæ peccauerit, ipſa patiatur, donec ſatisfaciat, quid fruſtrà affligeris? Sed mitior DEVS, qui magis, quàm ille nomine etiam Mitio, tum quoque mitis eſt, cùm punit & obiurgat, in ſatisfactionem accipit, quæ offeruntur pro alienis debitis: & dubitas an in Purgatorio imperet Miſericordia? Acclamemus omnes, ô Dominum mitem ac clementem!

SI inter homines fuerunt nonnulli tanta animi clementia, vt vindicare potuiſſe contenti, dum in manibus fuerunt hoſtes vindictam remiſere: quid ſentiendũ de DEO, cui propriũ eſt miſereri ſẽper & parcere, idq́; erga amicos & filios, quales sũt omnes, qui in Purgatorio detinẽtur? Apud Romanos commendatur M. Bibulus. Huius duos filios præſtantiſsimæ indolis, cum in Syria Proconſul ipſe ageret, Gabianini milites in Aegypto per ſæuitiam, ac proteruiam interfecerant. Hos Cleopatra Regina iuſtam iram viri principis verita, comprehenſos ad ipſum miſit

arbitrio eius puniendos. At ille, quamuis in recenti dolore, patrem, & quod fortaſſe alicui in mentem veniat, hominem exuit, vt humanitatem erga noxios retineret, ac ſepoſitâ omni vltione, eoſdem ad Cleopatram; intactos remiſit, ſat habens, vindicare potuiſſe. Quid de Chriſto iudicem, qui totus quantus eſt lenitas ac beneficentia?

Quanta illa fuit Clementia Octauiani Cæſaris, qui, dum Diomedem diſpenſatorem ſuum comitem haberet, & repetè ferus aper in eos incurreret, ſeruus Dominum ſuum oijcibens, manibuſque propellens poſt eum latuit. Atque Auguſtus quidem fato, aut animoſitate ſua ſeruatus fuit. Sed & diſpenſatori ignouit, nec vindictam ſumpſit cum poſſet, timori potius temerarium iſtud factum, quam noxæ adſcribens. An exiſtimamus DEVM homini in Clementiæ perfectione cedere?

Obiectio. AT enim, neſcio, quis mihi grauis & intempeſtiuus à tergo monitor aurem velit importunè: & , heus tu,

quò

tu, quò tandem, inquit, vide, ne dum DEVM, vt miſericordem extollis, iniuſtum facias. Caue, his Clementiæ hauſtris breui Purgatorium euacuabis. Nihil te delicatæ quorundam aures, nihil exaſciata doctorum virorum iudicia, nihil Theologicus rigor commouet? Nihil me magnoperè iſta, vel alios perturbare debent. Nondum ſententiam tuli de re tota. Iuſtitiam deprædicare nuper, nunc Miſericordiæ partes tueri eſt propoſitum: alio tempore vtramque conciliabimus & nectemus.

Sed vtinam non tam ego verborum deprædicatione, quàm vos mecum pœnalium operum multiplicatione pro electis in Purgatorio animabus, diuinæ Clementiæ refertos libellos ſupplices offerremus hodie, & nobiſcum orbis Chriſtianus vniuerſus, fortaſſe craſtina die mera eſſet ſolitudo & eremus Purgatorium, ignibus plenum, hominibus vacuum. Sed optare hoc licet, ſperare, propudioſa mortalium ignauia, & adi

 ſatis

ſatisfaciendum pro ſe quoque, nedum pro alijs, tarditas vetat.

ILLVD tamen non eſt reticendum: Clementia, quam in Purgatorio poteſtate fungi probatum imus, inexhauſtam liberalitatem ne, an lenitatem conſideranti, in mentem veniſſe dubitare: An non aliquando, ac hoc potiſsimùm die, omnibus in illo carcere concluſis animabus euolandi poteſtatem faciat, ſicq́ue locus ille torturæ deſtinatus, nullos, qui crucientur aliquando habeat, quod ad Clementiæ ſolium ibi ſtabiliendum haud parum eſſet opportunum. Sunt autem in hanc partem aientem præſidia minimè contemnenda.

NAM vt omittamus, quod incertum eſt, Chriſto Domino deuicta morte ad Inferos migrante, omnes fidelium, ac ſibi carorum animas, quæ in ſubterraneis locis eo tempore deliteſcebant, viſitaſſe primùm, deinde eduxiſſe, vt & ipſæ triumphalem Chriſti pompam adornarent,

& in

& in cœli arces inueherentur. Siquidem Rege recens inaugurato, aut carceres viſitante Principe, nullus eſſe ſolet, cuius compedes ad beneuolum Solis illius aſpectum non colliqueſcant quodammodo ac diffluant. Sed vt hoc (quod aiebam) linquamus in medio, perpendite mecum accuratè paucula hæc.

Imprimis, ex immenſo penè illo quotidie naſcentium, denatorumque numero ad Purgatorium non demandari vllum infidelem, idololatram, Mahometanum, hæreticum. Hos aliud manet apud inferos diuerſorium, Purgatorio, haud paullo, ſi non feruentius (nam eiuſdem generis ignem vtrobique vigere volunt Theologi) certè diuturnius, quippè æternum. Deinde è fidelium Chriſtianorum cœtu (quantulus autem ille eſt adnumeroſam illam fœcem?) nemini Purgatorium obuenire, qui nō ab omni noxiâ lethali liber in gratia & amicitia DEI hinc emigrauerit. Horum verò quanta paucitas

Horreo dicere, ſi ſanctiſsimi Præſulis Chryſoſtomi ſenſu ſit loquendum. In hoc noſtro numero, qui ſat magnus pro loci conditione, & temporis, fortaſſe pauci ſunt, quibus Purgatorij fiet gratia. Nam *iuſtus vix ſaluabitur*, de quo dubitat nemo niſi infidelis, cùm ſit pronunciatum Petri Apoſtoli. At quàm pauci? Quæſo vos nolite ſciſcitari. Si quæ in animo verſantur, omnia promerem, offenſio mihi expectanda eſſet rudium quorundam diuinæ arithmeticæ calculis ponendis. Sat ſit dicere, paucas eſſe videri. Quot ſint dicere non attinet, ne in alterutram partem, aut inconſiderata ſeueritas in me reprehendatur, aut veritas odium pariat.

1 Petr. 4,18.

Sacrificiorum millia. NOTÆ.

IAM verò multa millia ſacrificiorum cotidie, & hac præſertim luce, pro animarum indigentia, ſiue certarum, ſiue vniuerſim & vagè, DEO tamen ſignatè notarum, offeruntur. Sacrificium autem Chriſtianum, pro animabus oblatum, infallibilem habet ex opere operato, vt loquuntur Theologi effectum: quem nulla

nulla miniſtri ſacrificantis indignitas, modòneceſſaria adhibeantur, nullum demeritum, nulla poſsit impedire improbitas.

Adde ſatisfactionum tum Chriſti Domini imprimis, tum Sanctorum, theſaurum omni exparte infinitum, qui per Indulgentias Pontificia auctoritate communicatas applicatus. Qua applicatione factâ, ſolui ad æqualitatem animarum debitum, atque idcirco illas infallibiliter liberari, magnorum in ſacrâ doctrina Magiſtrorum eſt conſenſus. Adde altarium in omnibus pene baſilicis quorundam à ſuprema poteſtate profectam benedictionem peculiarem, qua fit, alijs ad eam rem neceſſarijs non deficientibus, vt vnius ſacræ hoſtiæ litatione, toties, quoties, anima à pœnis eruatur.

Adde Priuilegia Religioſorum multorum, quibus conceſſum à CHRISTI Vicario, condonationum iſtiuſmodi diſpenſatore, vt vel pſalmi quinquageſimi, à prima voce *Miſerere* celeberrimi, vel alia comprecatione, ante icunculas ſacras profuſa, vel ſimili

pietatis officio, animam vnam è flammis eripiant. Adde, tot DEO cariſſimorum in clauſtris degentiũ aſsiduas pro caris ſibi, in Purgatorio agentibus corporis afflictationes, ieiunia, flagella, cilitia, vigilias. Adde, priuatorum ſuffragia, orationes, eleemoſynas, ſupplicationes, lacrymas.

Adde Sanctorum, non Angelorum modò, ſed & hominum cum Chriſto regnantium preces, atque interceſsiones efficaciſsimas: quibus, vel gratuitam liberationem obtinent; vel, vt ſuperabundantes ſatisfactiones, à ſe ſuſceptæ, dum inter mortales agerent, animabus applicentur, rogant; vel ab alijs eadem felicitate fruentibus Diuis poſtulant, vt proprias ſatisfactiones animabus quibuſdam adſcribi patiantur. Adde denique, Eccleſiæ vniuerſæ matris benigniſsimæ, & nunquam non pro ſuis in caritate decedentibus ſolicitæ communes obſecrationes, ſiue inter liturgiæ ſolennes ceremonias, ſiue in diurnis, nocturniſque pſalmodijs profuſas.

Hæc ſimul iunge, & Clementiam præſidere cogita, adfirmare auſim, venturum tibi in mentem, fieri vix poſſe, quin Purgatorium non rarò, & maximè *Commemorationis animarum* die ſacro, enacuetur. Nam ſi tam paucis in Purgatorio locus conceditur, tam autem multa, certa, infallibilia, ad euocandas inde animas ſuppetunt remedia, videri poſſet facillimum eſſe, omnibus ibi commorantibus liberationem impetrare. Quod in Clementiæ regno non debet videri rationi minus conſentaneum. Rationem inite eorum, qui in hac vrbe probabili coniecturâ benè ac feliciter vitam ſuam finiunt, tum ſacrificiorum, ſuffragiorum, orationum, quas pro defunctis fundi hac ipſa in vrbe, vel à ſolis Eccleſiaſticis certum eſt, fiet ſanè admodum veriſimile, non tot quotidie decedere, quot officia infallibilem pænæ remiſsionem poſtulantia frequentantur.

Qvod ſi de ſingulis animabus inſtituatur ſermo, quam diu in Purgatorio moram trahere exiſtimatis vnam, pro cuius vnius liberatione, decē *Religioſorum officia pro defunctis.*

aut

aut viginti, ſæpius etiam plurium ſacrificiorum millia à religioſiſsimis, Deoque gratiſsimis Sacerdotibus repræſentantur, addita poteſtate, per quodlibet animam è Purgatorio educendi? Statuere ego non poſſum Deo ſoli nota. Sanè hoc nomine felices ſæpe æſtimare ſoleo, Monaſteriorum, Collegiorum-ue ſacrorum fundatores, quibus tam varia poſt mortem donec mundus ſtabit manent ſubſidia.

Societatis Iesv in benefactores gratitudo.

Quid in alijs Deo ſacratis familijs fieri ſoleat, ignoro: de hac noſtra affirmare poſſũ, quod quidã feſtiuè protulit; videri, ſed verè protulit: Iesvitas omnes fundatorũ, ac benefactorũ ſuorũ Sacellanos eſſe: ita perpetuò ferè pro ijs ſacrificãt, & orant. Sic ſe res habet. Qui quadraginta annis aut pluribus in Societate noſtra ſacris initiatus vixit, pluries pro ijs, quàm pro ſe ſacrificauit. Licet enim obligatione vlla, quæ iuſtitiæ debitum pariat, adſtringi nos non patiamur; plura tamen liberaliter damus, quàm à nobis exigi etiam à ſordidiſsimo poſſent. Gratis date volumus, quæ gratis ac-

cepimus:

cepimus: hoc profitemur: ita apud nos ſancitum: in id conſenſimus, cùm nomen religioni dedimus.

BENE ſit Inuictiſsimi, dum vixit nobiſcum Imperatoris RODOLPHI II. animæ. pax illi à Domino, & æterna gloria ac felicitas in luce Sanctorum, à cuius obitu ſuperioribus annis tanquam trium domiciliorum noſtri Ordinis Fundatoris, nouem omninò ſacra à quolibet Sacerdote è noſtris per mundum vniuerſum, ne quidem Iapone ac Sinis exceptis, dicta ſunt: dicentur autem in dotatis ab eo Collegijs, quot hebdomadis aliquot, quam diu ordo iſte florebit: nimirum, ad conſummationem ſeculi, vt ſperamus, ac vouemus. *Anno 1612. 10. Ianuar. RODOLPHVS II.*

PLVRA diximus, & dicemus, quamdiu SOCIETAS ſtabit, pro FERDINANDO II. verè illius Patre amantiſsimo & munificentiſsimo, qui erexit nobis noua domicilia non pauciora quàm decem. Domos Profeſſas duas, alteram Viennæ, alteram Pragæ. Domos Probationis totidem, Leobij & Viennæ. Collegia ſex: Labacenſe in Carnio- *Guilhel. Lamormaini in Ferdinando II. cap. 25.*

Carniola, Clagenfurtenſe in Carinthia, Goritiēſe in Foro-Iulio, Ructenbergenſe, & Lithomirienſe in Bohemia, & in Sileſia Glogouienſe.

HENRICVS IV. *Anno* 1609. 14. *Maij.* HENRICI IV. Magni, Galliæ & Nauarræ Regis glorioſi memoria ſit in benedictione, cuius generoſiſsimum pectus, poſtquam feralis ſica transfixit. ô facinus deteſtandum! illi, vt Fundatori liberaliſsimo, & Parenti beneficentiſsimo, ſex votiua ſacrificia per vniuerſum orbem Sacerdotes noſtri omnes obtulerunt, & nunquam non, gratitudinis ergo, offerent.

HIC non eſt ſilentio inuoluendum, quod habet Cancellarius Pariſienſis *Serm.* 45. Ioannes Gerſon commentario in Canticum, *Magnificat*, quem laudat Raulinus tomo 2. de Sanctis. Pie, inquit ille, creditur, DEI priuilegio in Virginis Aſſumptione euacuatum eſſe Purgatorium. Dum enim Princeps coronatur, aperiuntur carceres; quanto magis in coronatione DEI PARÆ?

Obijt anno 1072. Multum etiam ad rem noſtrā facit quod B. Petrus Damiani Cardinalis narrat

narrat libro tertio epiſtolarum, epiſtola vltima. Mulierem quandam Romæ defunctam alteri apparuiſſe, noctе Aſſumptionis Marianæ, cumque ab eâ quæreret, quemádmodum haberet: vſquè hodiè, inquit, non leuis me pæna cruciauit: At hodie Regina Cœli pro nobis preces fudit, meque cum multis alijs de locis pænalibus liberauit, totque inde eripuit, vt numerum totius Romanæ plebis excedat. Cùmque de rei veritate dubitaret mulier altera: Scito me, inquit, in ſignum veritatis, quam tibi modò aperui, te hac ipſa die poſt annum morituram. Quod factum eſt.

AN non hæc ſat multa ſunt & efficacia ad Miſericordiæ ſedem in Purgatorio ſtabiliendam? Verùm de toto hoc genere quid exertè ſit ſtatuendum, non ante enunciabimus, quàm lata maturrimè ſententia diſputationi eatenus dubiæ finem imponemus. Fluctuare me facit aliquandiû Thomas Aquinas, vir, qui tum in omni Theologiâ, tũ in hac potiſsimũ

ſatisfaciendum pro ſe quoque, nedum pro alijs, tarditas vetat.

ILLVD tamen non eſt reticendum: Clementia, quam in Purgatorio poteſtate fungi probatum imus, inexhauſtam liberalitatem ne, an lenitatem conſideranti, in mentem veniſſe dubitare: An non aliquando, ac hoc potiſsimùm die, omnibus in illo carcere concluſis animabus euolandi poteſtatem faciat, ſicque locus ille torturæ deſtinatus, nullos, qui crucientur aliquando habeat, quod ad Clementiæ ſolium ibi ſtabiliendum haud parum eſſet opportunum. *Sunt autem in* hanc partem aientem præſidia minimè contemnenda.

NAM vt omittamus, quod incertum eſt, Chriſto Domino deuicta morte ad Inferos migrante, omnes fidelium, ac ſibi carorum animas, quæ in ſubterraneis locis eo tempore deliteſcebant, viſitaſſe primùm, deinde eduxiſſe, vt & ipſæ triumphalem Chriſti pompam adornarent,

& in

cœli arces inueherentur. Si-
m Rege recens inaugurato,aut
res viſitante Principe, nullus
olet, cuius compedes ad bene-
n Solis illius aſpectum non col-
ſcant quodammodo ac diffluant.
t hoc (quod aiebam) linquamus
dio, perpendite mecum accura-
ıcula hæc.
Imprimis, ex immenſo penè il-
otidie naſcentium, denatorum-
ıumero ad Purgatorium non de-
lari vllum infidelem, idolola-
,Mahometanum, hæreticum. Hos
manet apud inferos diuerſo-
, Purgatorio, haud paullo, ſi
feruentius (nam eiuſdem gene-
gnem vtrobique vigere volunt
ılogi) certè diuturnius, quippè
num. Deinde è fidelium Chri-
orum cœtu, (quantulus autem
eſt adnumeroſam illam fœcem?)
ni Purgatorium obuenire, qui
b omni noxiâ lethali liber in gra-
& amicitia DEI hinc emigra-
t. Horum verò quanta paucitas

nulla miniſtri ſacrificantis indignitas, modò neceſſaria adhibeantur, nullum demeritum, nulla poſsit impedire improbitas.

Adde ſatisfactionum tum Chriſti Domini imprimis, tum Sanctorum, theſaurum omni exparte infinitum, qui per Indulgentias Pontificia auctoritate communicatas applicatus. Qua applicatione factâ, ſolui ad æqualitatem animarum debitum, atque idcirco illas infallibiliter liberari, magnorum in ſacrâ doctrina Magiſtrorum eſt conſenſus. Adde altarium in omnibus pene baſilicis quorundam à ſuprema poteſtate profectam benedictionem peculiarem, qua fit, alijs ad eam rem neceſſarijs non deficientibus, vt vnius ſacræ hoſtiæ litatione, toties, quoties, anima à pœnis eruatur.

Adde Priuilegia Religioſorum multorum, quibus conceſſum à CHRISTI Vicario, condonationum iſtiuſmodi diſpenſatore, vt vel pſalmi quinquageſimi, à prima voce *Miſerere* celeberrimi, vel alia comprecatione, ante icunculas ſacras profuſa, vel ſimili

pietatis officio, animam vnam è flammis eripiant. Adde, tot DEO cariſſimorum in clauſtris degentiū aſsiduas pro caris ſibi, in Purgatorio agentibus corporis afflictationes, ieiunia, flagella, cilitia, vigilias. Adde, priuatorum ſuffragia, orationes, eleemoſynas, ſupplicationes, lacrymas.

Adde Sanctorum, non Angelorum modò; ſed & hominum cum Chriſto regnantium preces, atque interceſsiones efficaciſsimas: quibus, vel gratuitam liberationem obtinent; vel, vt ſuperabundantes ſatisfactiones, à ſe ſuſceptæ, dum inter mortales agerent, animabus applicentur, rogant; vel ab alijs eadem felicitate fruentibus Diuis poſtulant, vt proprias ſatisfactiones animabus quibuſdam adſcribi patiantur. Adde denique, Eccleſiæ vniuerſæ matris benigniſsimæ, & nunquam non pro ſuis in caritate decedentibus ſolicitæ communes obſecrationes, ſiue inter liturgiæ ſolennes ceremonias, ſiue in diurnis, nocturniſque pſalmodijs profuſas.

Hæc

Hæc ſimul iunge, & Clementiam præſidere cogita, adfirmare auſim, venturum tibi in mentem, fieri vix poſſe, quin Purgatorium non rarò, & maximè *Commemorationis animarum* die ſacro, enacuetur. Nam ſi tàm paucis in Purgatorio locus conceditur, tam autem multa, certa, infallibilia, ad euocandas inde animas ſuppetunt remedia, videri poſſet facillimum eſſe, omnibus ibi commorantibus liberationem impetrare. Quod in Clementiæ regno non debet videri rationi minus conſentaneum. Rationem inite eorum, qui in hac vrbe probabili coniecturâ benè ac feliciter vitam ſuam finiunt, tum ſacrificiorum, ſuffragiorum, orationum, quas pro defunctis fundi hac ipſa in vrbe, vel à ſolis Eccleſiaſticis certum eſt, fiet ſanè admodum veriſimile, non tot quotidie decedere, quot officia infallibilem pœnæ remiſsionem poſtulantia frequentantur.

Religioſorum officia pro defunctis.

Qvod ſi de ſingulis animabus inſtituatur ſermo, quam diu in Purgatorio moram trahere xiſtimatis vnam, pro cuius vnius liberatione, decē

aut

aut viginti, ſæpius etiam plurium ſacrificiorum millia à religioſiſsimis, DEOque gratiſsimis Sacerdotibus repræſentantur, addita poteſtate, per quodlibet animam è Purgatorio educendi? Statuere ego non poſſum DEO ſoli nota. Sanè hoc nomine felices ſæpe æſtimare ſoleo, Monaſteriorum, Collegiorum-ue ſacrorum fundatores, quibus tam varia poſt mortem donec mundus ſtabit manent ſubſidia.

SOCIETATIS IESV in benefactores gratitudo.

Quid in alijs DEO ſacratis familijs fieri ſoleat, ignoro: de hac noſtra affirmare poſſũ, quod quidã feſtiuè protulit; videri, ſed verè protulit: IESVITAS omnes fundatorũ, ac benefactorũ ſuorũ Sacellanos eſſe: ita perpetuò ferè pro ijs ſacrificãt, & orant. Sic ſe res habet. Qui quadraginta annis aut pluribus in Societate noſtra ſacris initiatus vixit, pluries pro ijs, quàm pro ſe ſacrificauit. Licet enim obligatione vlla, quæ iuſtitiæ debitum pariat, adſtringi nos non patiamur; plura tamen liberaliter damus, quàm à nobis exigi etiam à ſordidiſsimo poſſent. Gratis date volumus, quæ gratis accepimus.

cepimus:hoc profitemur:ita apud nos ſancitum:in id conſenſimus, cùm nomen religioni dedimus.

BENE ſit Inuictiſsimi, dum vixit nobiſcum Imperatoris RODOLPHI II. animæ. pax illi à Domino, & æterna gloria ac felicitas in luce Sanctorum; à cuius obitu ſuperioribus annis tanquam trium domiciliorum noſtri Ordinis Fundatoris, nouem omninò ſacra à quolibet Sacerdote è noſtris per mundum vniuerſum, ne quidem Iapone ac Sinis exceptis, dicta ſunt: dicentur autem in dotatis ab eo Collegijs, quot hebdomadis aliquot, quam diu ordo iſte florebit: nimirum, ad conſumationem ſeculi, vt ſperamus, ac vouemus.

Anno 1612. 10. Ianuar. RODOLPHVS II.

PLVRA diximus, & dicemus, quamdiu SOCIETAS ſtabit, pro FERDINANDO II. verè illius Patre amantiſsimo & munificentiſsimo, qui erexit nobis noua domicilia non pauciora quàm decem. Domos Profeſſas duas, alteram Viennæ, alteram Pragæ. Domos Probationis totidem, Leobij & Viennæ. Collegia ſex: Labacenſe in Carnio-

Guilhel. Lamormaini in Ferdinando II. cap. 25.

Carniola, Clagenfurtenſe in Carinthia, Goritiēſe in Foro-Iulio, Ructenbergenſe, & Lithomirienſe in Bohemia, & in Sileſia Glogouienſe.

HENRICVS IV. *Anno* 1609. 14. *Maij.* HENRICI IV. Magni, Galliæ & Nauarræ Regis glorioſi memoria ſit in benedictione, cuius generoſiſsimum pectus, poſtquam feralis ſica transfixit. ô facinus deteſtandum! illi, vt Fundatori liberaliſsimo, & Parenti beneficentiſsimo, ſex votiua ſacrificia per vniuerſum orbem. Sacerdotes noſtri omnes obtulerunt, & nunquam non, gratitudinis ergo, offerent.

HIC non eſt ſilentio inuoluendum, quod habet Cancellarius Pariſienſis *Serm. 45.* Ioannes Gerſon commentario in Canticum, *Magnificat*, quem laudat Raulinus tomo 2. de Sanctis. Pie, inquit ille, creditur, DEI priuilegio in Virginis Aſſumptione euacuatum eſſe Purgatorium. Dum enim Princeps coronatur, aperiuntur carceres; quanto magis in coronatione DEI PARÆ?

Obijt anno 1072. Multùm etiam ad rem noſtrã facit quod B. Petrus Damiani Cardinalis

narrat

rat libro tertio epiſtolarum, epi-
a vltima. Mulierem quandam Ro-
defunctam alteri apparuiſſe, no-
Aſſumptionis Marianæ, cumque
eâ quæreret, quemádmodum ha-
et: vſquè hodiè, inquit, non leuis
pæna cruciauit: At hodie Regina
li pro nobis preces fudit, meque
n multis alijs de locis pænalibus li-
auit, totque inde eripuit, vt nume-
n totius Romanæ plebis excedat.
nque de rei veritate dubitaret mu-
altera: Scito me, inquit, in ſignum
itatis, quam tibi modò aperui, te
ipſa die poſt annum morituram.
od factum eſt.

A N non hæc ſat multa ſunt & effi-
a ad Miſericordiæ ſedem in Purga-
io ſtabiliendam? Verùm de to-
hoc genere quid exertè ſit ſta-
ndum, non ante enunciabimus,
m lata maturrimè ſententia diſ-
tationi eatenus dubiæ finem im-
emus. Fluctuare me facit aliquan-
i Thomas Aquinas, vir, qui tum in
ni Theologiâ, tū in hac potiſsimū
de

de Purgatorio controuerſia, ſolidis nititur fundamentis, nec facilè aurem friuolis quibuſdam muliercularum reuelatiunculis, ab Eccleſia non probatis, multò minus improbatis accommodare ſolet. Is quodam loco quærit; *An Orationes Sanctorum pro nobis fuſæ ſemper exaudiantur?* Tum ita diſputat.

S. Tho. 4. d. 45 q. 3. ar. 3 in 6. Suppl q. 72. art.

Orationes totius cæleſtis curiæ, ſi aliquid impetrare poſſent, efficaciores eſſent, quàm omnia Eccleſiæ militantis ſuffragia. At multiplicatis Eccleſiæ militantis ſuffragijs pro aliquo in Purgatorio exiſtente, totaliter abſolueretur à pœna: Cùm igitur Sancti, qui ſunt in patria eodem modo orent pro js, qui ſunt in Purgatorio, ſicut pro nobis, ſi nobis aliquid impetrant, illos profectò, qui ſunt in Purgatorio totaliter orationes eorum à pœna abſoluent. Quod falſum eſt, quia ſic ſuffragia Eccleſiæ pro defunctis facta eſſent ſuperflua.

Hvic obiectiuunculæ ſatisfacere conatur diſsimilitudine quadam, quã inter ſuffragia Eccleſiæ militantis, & trium-

iantis conſtituit. Nimirum,
ſtrag·a hominum in terris vi-
pro defunctis ſint quaſi ſatis-,
es quædam mortuis donatæ,
a ilios à pœna abſoluant. At
ui ſunt in patria, non ſunt in
tis faciendi: ideò non eſt ſimile
m orationibus; ac ſuffragijs
.
militudinem capio, inquis, il-
dum : Quomodo Sanctorum
riſto regnantium preces, quæ
ores ſunt, quàm hominum in
gentium, multis imperfectio-
plicatorum, & frequentius, ac
ius profunduntur, ſiue illæ
m pœnarum remiſsionem, ſiue
tionum applicationem impe-
adiunctis viuentium & Ec-
torius innumeris ſuffragijs
orij euacuationem, ſi Clemen-
ræſidet, non obtineant. Hoc ſi
is, ſuſtine, in Clementiæ admi-
m à Iuſtitiæ conſortio nun- *Roman.* xi
uulſæ abſorptus. *Quis nouit ſen-* 34.
mini, aut quis conſiliarius eius

ILLVD

Illvd interim apud te fixum maneat, quod ſatis ſuperque probatum eſt hodie: In Purgatorio Miſericordiam ſuperexaltare iudicium, & miris modis pœnam peccatis debitam mitigare, ſiue intenſionem ſpectes, ſiue extenſionem. Id multis contingere haud eſt dubium. De omnibus idem adfirmare quis audeâ? cùm non pauci inter mortales reperiantur, ſuæ & aliorum ſalutis immemores, rigidi, tenaces, auari, ſordidi, inhumani, ſine commiſerationis affectu erga pauperes, & neceſsitate extrema laborantes. Qui neque eleemoſynarum largitione, neque orationum frequentatione, neque operum pœnalium exhibitione, neque vllis Chriſtiani hominis officijs vel viuentibus, vel in Domino defunctis, & opem mortalium, miſericordiæ aſsidua imploratione flagitantibus ſubuenire ſolent. Viri non miſericordiarum, ſed crudelitatum. At ſibi caueant; quia iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam.

NOTÆ.

NOTÆ.

MILLIA Sacrificiorum pro defun-
s.] PHILIPPVS III. *Rex Catholicus,*
t obitum Coniugis Margaretæ Auſtri-
æ, ipſo exequiarum die in ſola vrbe Ma-
tenſi, curauit fieri Sacra mille Septingen-
ex quibus ducenta octoginta ad Aras ex-
trices, ſiue Priuilegiatas; & quinquagin-
quattuor fuere ſolennia. Deinde, præter
ille piacularia ſacrificia, de quibus ageba-
r in teſtamento, curauit Rex alia fieri vi-
nti millia. Gusman in vita Margaretæ
uſtriacæ p.3.cap.3.

ISABELLA Clara Eugenia *Infans*
iſpaniarum profuncto coniuge ſuo Alber-
Pio *imperauit celebrari Sacrorum qua-*
aginta millia, ac per triginta continenter
es aſtitit ipſa quotidie ſacris decem. F.
cobus Couryvoiſier in Manſo-
eo.

FERDINANDVS *Elector Colo-*
ienſis, mortua Coloniæ Maria Me-
cæa *Galliæ Regina, Anno* 1642. 3.
lij, vt in extremis agentis deſiderio, ac
petiti-

petitioni ſatisfieret, ſimulque teſtamentariis tabulis, ſex Miſſarum millia in Ciuitate Colonienſi fieri quamprimum mandauit, quibus addita fuere plura alia.

MAXIMILIANVS *Elector Bauariæ erexit Monechij Cætum Anno* 1615. *cui nomen Archifraternitas* Fidelium Animarum, *Pontificijs indulgentijs aucta, & tribus Arispiacularibus, ſeu Priuilegiatis honorata. In ea operantur ſacris quotidianis viginti aut triginta Sacerdotes. Excipe feſtos, & Dominicos & Lunæ dies; vt alijs etiam templis ſua pietas conſtet. Complures alij Sacerdotes eo ſe conferunt, & eodem loco multa iſtiusmodi Sacrificia curantur. Anno* 1627. *ſeptem millia ducenta & decem ſacrificia numerata ſunt. Anno* 1628. *quingenta ac nouendecim ſupra quinque millia. Ieremias Drexelius in epiſtola manuſcripta An.* 1629 3. *Sept.*

Anno 1637. *Brugis Flandrorum apud PP. Auguſtinianos inſtituta eſt Congregatio ab Epiſcopo in ſubſidium Animarum, quæ ad id Ara expiatrice pluribuſque Indulgentijs ditata eſt, ac legibus ſtabilita.* Iudocus Andries in Purgatorio catholicè aſſerto, tract. 4.

Anno 984. *Sodalitas Romæ conflata eſt partim ex Sacerdotibus, partim ex Epiſcopis, eo con-*

conſilio ac fine, vt poſt obitum ſinguli Sodalium mutuis ſacrificijs iuuarentur. Huius Inſtituti etiamnum ſupereſt in Diaconio S. Coſmæ & Damiani monumentum in tabula marmorea inciſum, vbi iſta leguntur: Constat, dilectiſsimi Fratres, de promiſsione, quam ex corde fecimus coram DEO & Sanctis eius, vt vnusquiſque noſtrum, Fratres, Sacerdotes, & Epiſcopi, & poſteri noſtri Sacerdotes, in perpetuum, qualiſcumque ex hac luce migrauerit, quadraginta Miſſas pro eius Anima, per vnumquemque Sacerdotem, qui ſuperſtites ſunt, canere promiſimus. Iſta promiſsio facta fuit ante Sacroſanctum altare, tempore Ioannis XIV. Papæ, menſe Februarij die XXII. Indictione XII. Anno Dominicæ Incarnationis 984. *Cæſar Baronius Tom. 10 Annal.*

Fuit Perſona quædam ita addicta ſubſidiis Animarum in Purgatorio, vt inter pia legata conſtituerit, centum Sacra, vt fierent, pro Anima illa, quæ diutiſsimè arſiſſet. Totidem pro alia, cuius homines minimè meminiſſent. Iterum, centum pro Anima, quæ minimum DEO deberet. Denique, totidem pro ea, quæ plurimo apud DEVM ære teneretur.

F Libel-

Libellus, MARIA Patrona fidel. Animarum.

Romæ celebris eſt Confraternitas. B. Virginis de ſuffragio pro Animabus in Purgatorio exiſtentibus, *quam Anno* 1603. *Clemens* VIII. *Pontifex M. confirmauit.*

Hvc *ſpectant exempla earum Animarum, quæ ex Purgatorio liberatæ.* I. *Per ſacrificia & ſacram communionem.* II. *Per opera varia ſatisfactoria viuentium.* III. *Per corporis afflictationes.* IV. *Per eleemoſynas.* V. *Per preces.* VI. *Per opera pia Defunctis tranſcripta.* VII. *Per ſodalitia ad iuuandas in Purgatorio Animas instituta.* VIII. *Per frequentationem ſtationum, quæ pijs imaginibus ſunt diſtinctæ, & adornatæ. Quorum multa congeſsit* Iudocus Andries *in Opuſculo, Purgatorium Catholicè aſſertum tractatu* 4.

BONONIÆ *inualuit laude digna conſuetudo, vt quo die corpus mandatur, eodem trecenta, ſexcenta, mille ſacra curentur, etiam plura, ſicubi opes ſuppetũt, vt quàm maturrimam opem Defunctis ferant. Non negligunt interim honeſtam piamque funeris pompam, eleemoſynarum largitionem; veſtium in pauperes diſtributionem, aut ſi quid aliud*

ud pium eſt ex more, inſtitutoque maiorum. ed nihil antiquius habent, quàm vt Studioſiſſimè Sacrificia numero maximo offerre ubeant, ſpretis ſuperfluis ſumptibus atque nuiuijs, quæ quandoque plus viuis nocent, uam mortuis proſint. Stephanus Binet de tat. Animar. Purg.

Ad Miſericordiæ regnum in Purgatorio fferendum, plurimum faciunt Angelorum onorum erga Animas in eo loco officia, & aximè Cuſtodis, de quibus legatur Iacobus lautinus libel. de Angelo Cuſtode, in quo apite 12. *differit, Quemadmodum Tutelaes iuuent Animas in flammis purgantibus, e quo hæc habet, I. Cur Tutelares ad ignem urgatorium Clientes deducant. II. Auctoritate & exemplo oſtenditur, à Cuſtode Clientem ad purgantia loca deduci III Preces & elemoſynas pro Cliente colligere Cuſtodem. V. Quibus modis ſenſibilibus preces pro Cliente in flammis conſtituto colligat nonnunuam Angelus. V. Quibus internis motionis pios ad ſuppetias defunctis ferendas excitet Cuſtos Angelus. De eadem re Conſulatus Iacobus Salianus lib. 7. de Timore DEI cap. 11.*

SERMO IV.

IN PVRGATORIO Miſericordiæ æquè ac Iuſtitiæ eſſe ſcenam.

Miſericordia & Veritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt.

Pſalmo LXXXIV. II.

Defunctorum mentio.

SOLENNE erat Romanis ad mentionem defunctorum, ſuperſtitioſè teſtari, memoriam eorum non ſolicitari à nomenclatore. At nos, quibus non licet eſſe ſuperſtitioſis, quoniam certum habemus, neque δυσφημία, ſeu malo mortis augurio, neque triſti omine mortalitatis, placitam defunctarum quietem vel minimum interturbari, quotannis, hoc die, qui animabus defunctorum, in templis lucet, cælo quamuis foris turbido ac tenebricoſo, mor-

mortuorum noſtrorum, qui be-
ſactis id meruêre, nomina in cata-
gum relata, ſigillatim per anagno-
n enunciamus. Id enim vt ſolen-
ac religioſum, antequam dicere in-
piamus, hoc etiam anno nequaquam
nittendum duximus.

——— *recitentur Benefactorum nomi-
na.* ——— ———

Pro his nominatim, alijsque, quo-
m memoria in benedictione, defun-
is amicis, ac Sodalibus, dicetur al-
rnatim officium defunctorum, cele-
rabitur ſacrum funebre, & commu-
s fiet comprecatio. Nam *Sancta & ſa-* Lib. 2.
bris eſt cogitatio pro defunctis exorare, Machab.
t à peccatis ſoluantur. Ad quod vt in- 12. 46.
temus Auditores noſtros com-
entationem ſacram exordiamur.

DISPVTATVM eſt hactenus,
t meminiſſe poteſtis, diiudicationē
itis hunc in diem dilata; cenſendum-
e ſit Purgatorium theatrum Miſe-
icordiæ potius, quàm Iuſtitiæ?
Pro Iuſtitia pugnarunt acies inte-
græ, in quibus eminent perſonæ,

quæ in illo loco torquentur: ſunt enim omnes DEO gratæ, familiares, filij, hæredes. Deinde erratorum, quæ ibidem expiantur leuitas verè paleâris: ſunt enim quæ inibi exuruntur delicta, paleæ. Prætereà, grauitas ſuppliciorum magis quàm plumbea. Ad hæc, duratio in pænis diuturna. Item, tortores Dæmones: inſtrumenta vel ipſo nomine horrenda; imprimiſque ignis, ſine metaphora, corporeus, infernali germanus. Accedit analogia: imò æqualitas dati & accepti, criminum, licet remiſſorum, & pænarum acerbiſsimarum.

Pro Miſericordia ſtetit, principio Certitudo de ſalute, indeque ſolatium maius, quàm verbis explicari poſsit. Tum ſuppliciorum temperamentum, abbreuiatio, ac mitigatio, ſpectata latitudine, longitudine, & intenſione. Latitudinem contrahit vnius tantum partis, nimirum animæ cruciatus, cum vtráque noxæ rea ad pænam rapi poſſet. Longitudinem incidit ſuffragiorum diuerſitas: quorum quadripar-

tita eſt diuiſio Sunt enim vel oblationes Sacerdotum, vel preces Sanctorum, vel carorum eleemoſynę, vel pænitentiæ amicorum. Intenſionem temperat tutelarium Angelorum patrocinium, eorumque viſitatio, ac conſolationes crebræ: impeccabilitas: amor & alia quædam, quæ ſatis copioſè in ſuperioribus explicata, hic repetere ſuperuacaneum eſſet. *13. Cauſ. q. 2. cap. Anima.*

FACILIVS tamen id exequerer, quàm vt claram certamque de re maximè occulta, & mortalibus incerta ſententiam pronunciem. Eapropter DEVM ritè veneratus enixè precabar haud ita pridem, illudque obtinere contendebam infimis precibus, vt tantum lucis cælitus adfulgeret, quantum, ſi non ad denſiſsimas ignorantiæ tenebras omninò diſſipandas, ad temeritatis ſaltem voraginem declinandam videretur ſatis: malim enim in hac caligine rerũ ignorantis potius, quã temerarij cenſurã ſubire. Vtriuſq; fortaſſe effugerẽ,

 ſi in

quietis reconditorio cubantem euocare conarer, nam adducere, non eſt opis humanæ; & ſciſcitarer, ecquæ illi experientia inſtituto hac de re ſtaret ſententia? reſpondere is viſus eſt ſine ambage: Purgatorium Iuſtitiæ regnum videri: Miſericordiam ab eodem exulare. Exhorrui ſteteruntque comæ. Dubitaui tamen an ſenſum percepiſſem exactè: contingit enim aberrare nonnunquam, dum ambigua ad aures non ſemper officio idoneas commeant. Itaque illum vobis ſiſtere erat animus, narrata hiſtoriæ totius ſerie, vt illam à fide dignis teſtibus accepimus, niſi hoc in prima huius diſceptationis actione factum fuiſſet. Reuocate in memoria animæ comparentis & lamẽtabiliter clamantis ô *ſine miſericordia pœnitentia in Purgatorio peragenda!*

ITE ite iam vanitatis amatores improuidi, quibus nulla leuium, ſiue venialium offenſarum cura, fortaſſe neque grauium & lethalium: ita veſtium luxus, oculorum non vagus modò, ſed & impudicus per

omnia iactus, ſuperuacaneæ vel in locis DEO dicatis fabulæ, riſus, ioci, ocioſa, imò ſcurrilia verba. an in theatris tantum & foro? fortaſſe etiam in baſilicis, diſtractiones, euagationes ſpontaneæ demonſtrant. Hæc autem & ſimilia ſine numero in Purgatorio expiantur, quo tu nimirum, tanquam ad ludicram aliquam palæſtram properas. Sed experieris, & ô felix! ſi experiaris: non ob minutorum delictorum copiam, ſed ob maximorum abſentiam, quorum ſingula æternis excoquentur, & nunquam abſumentur ignibus, quid ſi cumulum deferas innumerabilium? conſcientiam excute, fortaſſe numerum inire non poteris. Caue, iudicium fiet ſine miſericordia, qui nō fecit ſecum miſericordiam, in ſe, quàm in alios crudelior. At neſcio quomodò Purgatorium ad vicinam ei regionem linguam detorſit, quam nunc reuocemus, aliàs illi habenas laxaturi.

ET quoniam vnius teſtimonio nutat ſubinde fides; in ore au-

tem

cem duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum, ex DEI decreto, Deuteronomij XIX. àduocetur alius, quem cogitate hic præſentem. Dic tu, vir optime, qui in viuis cum eſſes, trihorium Purgatorij annuo languori antetuliſti, & mox in flammis conſtitutus infirmitatem ſecularem, imò vſque ad mundi interitum aſsiduam potius, quam loci illius cruciatus horarias optaſti, quid cenſes? Nota eſt multis narratio, cuius ſcriptorem laudo Cameracenſem Proepiſcopum Thomam Cantipratenſem. *Deut. 19. 15.*

Erat vir fidelis & bonus, qui poſt diuturnam pænitentiam, quam ſanus egerat, in languorem grauiſsimum incidit: eo grauiter integro ferè anno exercitus, & morbi vi exhauſtus, orauit DEVM, non ſine lacrymis, vt miſeriarũ huius vitæ termino, morte, tot ærũnis finẽ imponeret. Audijt preces miſeriarũ Pater: mittit è Cælitibus aliquem, qui nunciet, voti compotem fore, optione data, vt, *Caintipra. l. 2. Apiar. c. 51. p. 11.*

aut tribus diebus Purgatorij pœnis cruciaretur, ſi confeſtim è vitá exceſſeret; aut annum adhuc priſtinam ægritudinem toleraret, tuncque recta ad cælos euolaturum. Prius magis placuit. Annuit Angelus, & fiat, inquit, ſecundum verbum tuum. Nec mora, moritur, Anima in Purgatorium demigrat, aduolat paullò poſt idem nuncius. quærit, quomodo habeat? Anima in flammis, quas leuiores non experta crediderat: Seductor, inquit, non Angele, tres dies præfixiſti, & en annis aliquot, decepta crucior. Erras, ait Angelus: nó tempore, ſed pœnarũ acerbitate deciperis. Vnum de tribus nõdum in Purgatorio exegiſti. Sed euolandi modus eſt: ſi electionem emendes, & ad corpus, quod nondum ſepulturæ traditũ, redire velis, & annuum languorem ſuſtinere. Cui Anima, non anni, ſed ſeculi morbum præopto: imò, vſque ad mundi finem, languore detinear acriori, & hinc emigrare illicò detur. Factum. Anima corpori reſtituta, libens morborum moleſtias qualeſcumque:

que annuo ſpacio pertulit: & re tota amicis communicata, multos ad reſipiſcentiam animauit, ac tandem anno euoluto, iterum hic viuere deſijt.

Hæc ſi æquè certa, ac indubitata haberentur, quàm ſacra Moſis, & Prophetarum oracula, valeret illud.

Ohe iam ſatis eſt.

abite porro Patres: non opus alio ad litem dirimendam decreto. Verùm, quum etiam ij, qui hæc talia ab Aſcetis miræ ſimplicitatis hominibus, ſine fuco narrata, vt acceperant ingenuo candore tradiderunt, ijs maiorem, quàm ſit humana, fidem adhibere non poſsint, vel ab alijs poſcere: ea autem ſemper imbecillis, errorique, certè, formidini ſit obnoxia; conſtetque multa in iſtiuſmodi narrationibus reperiri, quæ ne quidem fidem humanam à Sapientibus impetrent; adreramus *firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacietis, attendentes, quaſi lucerna lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & Lucifer ornatur in cordibus veſtris.* 2. Pet. 1. 19.

ITAQVE, re omni diligenter præ-

cogitatâ,& expenſis libratiſque partis vtriuſque momentis, ita pronunciandum arbitrabar : In Purgatorio
Pſ.84.11. *Miſericordia & Veritas* , ſiue Iuſtitia, *obuiauerunt ſibi* : *Iuſtitia & Pax* , ſiue Clementia . *oſculata ſunt* , Clarius noſtro ſenſu : Purgatorium Miſe-
Pſ.88.16. ſericordiæ ac Iuſtitiæ theatrum videri. Nimirum, Miſericordia ac Veritas præcedunt faciem DEI, vt cantat regius Vates : Duo illa antequam ad faciem DEI contemplandam etiam iuſti admittantur viam ſternunt.

DE Iuſtitia ceſſat omnis dubitatio, poſt tot in eius gratiam argumenta, ſuperius adducta, ac roborata: quibus adiungere lubet: DEVM optimum Patremfamilias, ſiue dum mercedem hominum meritis rependit, ſiue dum pœnarum gradus ac incrementa demeritis conſtituit , & irrogat à Iuſtitiæ orbitâ non ſolere deflectere: & in vtraque tam Iuſtitiæ commutatiuæ, quàm diſtributiuæ rationibus demenſum accommodare. De quo eſt quidem inter Doctores

huius

huius æui controuerſia aliqua. Volunt enim nonnulli in reddenda mercede DEVM iuſtitiæ commutatiuæ canonem ſolummodò attendere, cùm in remuneratione, pœnarumque irrogatione ſpectet tantum æqualitatem meriti, demeritiuè ad prœmium vel ſupplicium, quod Commutatiua attendit, ac præſcribit: non autem perſonarum aliam dignitatem, prout diſtributiua mandat. Alij exiſtimant in hac re DEVM ſeruare tantum modò leges diſtributiuæ, eo, quod commutatiua inter DEVM ac homines, qui ipſi nihil tribuunt, intercedere nequeat. Vtriuſque ſeruare regulam docent aliqui, quamuis diuerſimodè: diſtributiuæ ſimpliciter; commutatiuæ quoad aliquid, ſiue, vt in ſcholis loquimur, ſecundum quid.

Duran. 2. d. 27. q. 2.

Sot. l. 3. de Iuſt. & iure q. 5. ar. 4. S. Tho. 1. p. q. 21. art. 1 lib. 1. cont. gent. c. 93 Caiet. 22 q. 6. art. 4. Ferra. 1. cõ. gen. c. 93. Capr. 2. d. 27. q. 1. Vide Vaſquez 1. p. q. 65. & 66.

Me tamen nunquam pœnitebit aſſeruiſſe, eo modo, quo DEO erga mortales Iuſtitia conuenire poteſt, vtriuſque ab illo, cùm in puniendo, tum in remunerando ratio-

nem haberi. Commutatiuæ quidem, quia hæc præſcribit, vt merces & pœna reddatur merito & demerito; virtuti, & delicto, nullo perſonæ, eiuſque dignitatis aliunde ſpectatę intuitu. Id autem contingit non ſolùm dum redditur prę miũ operibus bonis, ſed etiam dum prauis ſupplicium quà æternum in tartaro, quà temporaneũ in Purgatorio. Conſulamus Paulum Apoſtolum diuini Iuriſconſultiſsimum: audiemus edicentem abſque exceptione vniuerſis: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis* (τὰ διὰ τοῦ σώματος, ea quæ per corporis) *prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum* ſecundo ad Corinthios 5.10. Nimirum, ſecundum menſuram proportionem æqualitatem boni & mali, vt videntur exponere D. Ambroſius, Oecumenius, Theophylactus, Syruſque interpres. *Secundum duritiam tuam*, fulminat idem Paulus, vt Eccleſiaſtes diuinus, *& impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii* DEI, ad Romanos 2. 5. addit: *Qui reddet vni-*

cuique

cuique ſecundum opera eius. Enunciat idem, ceu Doctor è cathedrâ *Non eſt acceptio perſonarum apud* DEVM. DEVS in retributione, perſonas ex genere, patria, opibus: ingenio, iudicio, memoria; ſanitate, pulchritudine, doctrina; ſeruitijs, clientelis, titulis; Principatu, Regno, Imperio, tiarâ, ſceptro, coronâ non metitur. Nullius apud ipſum eſt perſonarum reſpectus, qualis apud homines, qui aliorſum flectit. *Rom. 7. 11.*

IN Purgatorij non minus, quàm inferni foribus, vel inſculptum eſt, velut celte in ſilice, vel inſcriptum vt in tabulâ capitalibus litteris, vel ad tubæ ſonitum, inconditâ præconis tartarei vociferatione publicari, licet mente concipere illi, qui non niſi corporeis eſt aſſuetus: ego his minimè opus reor, ſed experimento tamen omnes ſentire opinor enunciatum ſeueri Iudicis: *Quantum glorificauerit ſe, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis; & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum.* Apocalypſis XVIII. 5.

Profe-

Profectò ſi viſa referre licet, videor mihi videre quandoque, dum in ſubterraneas illas lacunas cogitatione migro, ipſo in limine ſeueriſſimum exactorem, non ſine trutina, illud ferali ſono ingeminantem *Quãtum debes domino meo?* iamque in crepitantium flammarum ergaſtulo præ ſuppliciorum acerbitate gementi, idemtidem reſponderi, redde quod debes. Iterum iterumque Clementiæ dexteram obteſtanti, repetitò refundi: *Quâ menſura menſus fueris, remetietur tibi*, Condonationis aliquid miſerabili vociferatione poſtulanti decretoriè edici; *Non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem*. Sanè, in quo foro de tanto & quanto, de æqualitate accepti & paſsi; damni & commodi, delicti & cruciatus agitur; ibi ſecundum Iuſtitiæ commutatiuæ decretorias leges, reus examinatur, & ius dicitur: ſeruataq; proportione arithmetica, cuilibet, quod ſuum eſt, adiudicatur.

Satis ne videtur Iuſtitia in Purgatorio tribunal firmaſsè ſuum, ſi

commutationem attendas? Non deſiderabis autem diſtributiuam, ſi mentem haud ineruditam aduertas. An non enim DEVS reddit *vnicuique ſecundum opera ſua*? Vtique, vt dicitur Roman. 2.5. Itaque, ea proportio eſt inter ſupplicia, ad quæ diuerſi adiudicantur, quæ inter perſonas ratione delictorum, quibus illa debentur. Quod ſpectare videretur ad modum iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ ſeruatâ dimenſione geometricâ cuilibet tribuit maiora, vel minora commoda, aut incommoda, prout perſona eſt magis minuſq́ digna. Ceterùm, quoniam illa dignitas reſpectu pœnarum oritur ex peccatis, reſpectu præmij ex meritis, non eſt ita preſſè, ac propriè ea commenſuratio iuſtitiæ diſtributiuæ, niſi ſecundum modum. Sed hæc longiorem ſubtilioremq́ue explicatum flagitant, quæ alterius eſt exedræ. Iſtud modò firmum maneat, Iuſtitiam in Purgatorio, vt proprio theatro perſonam agere.

AN hoc fortaſſe indicat, quæ nunc opportunè venit mihi in mentem pictu-

pictura illa vulgo nota, & tam caninis aduerſariorum rictibus, quàm acri Theologorum quorundam diſceptationi expoſita? MICHAEL Archangelus læuâ libram tenens, in cuius vnâ lace animula, in altera huius animulæ opera repræſentantur; in dextera enſis poteſtatis inſigne, iudicis geſtamẽ. Quam quidem imaginem in Symbolicis reponendam cenſeo, quæ aliquid nimirum non hiſtoricum, ſed dogmaticum ſignificet. Et licet non nemo ex Catholicis Doctoribus, inter eas hanc numeret, quæ periculoſi erroris occaſionem rudibus præbere poſsint: quaſi ijs hinc pronum ſit colligere, ſaluandos eos, qui & ſi opera mala habeant aliqua, bona tamen plura ſecum deferant, quæ illis præponderent; & è conuerſo, damnandos, in quibus mala bonis ſunt grauiora; tamen quid vetat in meliorem partem accipere, quæ ſic interpretari non eſt arduum, & ad pietatem periculi expertem hanc iconem trahere.

Ioan. Molanus lib. de pictur. cap. 6.

Quod fiet percommodè, ſi dicamus D. Michaelis libram, ſiue ſtateram

indi-

indicare, vel deponendum eſſe *omne pondus, & circumſtans nos peccatum*, ad quod exhortatur Apoſtolus Hebræorum XII. vt Sanctus Michaël repræſentet nos in lucem ſanctam: vel hominum opera diligenter poſt mortẽ diſcuti, examinari, & expendi; ita, vt ſi nimia criminum grauitas lancẽ deprimat, pereundum ſit; ſi ſecus, ad æternam vitam aſcendatur. Nam & ſimile quid per Symboli notas ſignificat apud Ciceronem Critilai libra. Et illa, quam inter ſydera, quæ Zodiacum duodena cingunt ſuo iure collocarunt Aſtrologi. Multo autem magis ea, quam graphicè depinxit Daniel, cum Regi Babylonio explicuit illud ferale, *Thecel: appenſus es in ſtaterâ, & inuentus es minus habens*. Atque hinc fortaſſe origo picturæ, in qua Michaël cum libra. Nam & Symbolica illa horrifica in Balthaſaris pariete Angelus deſcripſit: idemque ab Angelo in ſtatera eſt appenſus. Dan 5.27.

HAS equidem accommodatas, & maximè pias librantis Angeli ſignifica-

ficationes eſſe, negare non poſſum: ſed præter illas, aliam adiungere placet, quæ rem ipſam, quam hactenus verbis deſcripſimus, oculis ſubijciet. Arbitror ſanè haud màlè opinari, qui putant, animas DEO caras à iudicio particulari ſuſcipi ab Angelis, & ad locum deſtinatum deportari. Decantata eſt illa antiphona Eccleſiaſtica in laudum matutinarum odis tertia, in qua DEVS ita pronunciat. *Archangele Michaël conſtitui te Principem ſuper omnes animas ſuſcipiendas.* Suſcipit ergo animas Michaël, ſiue per ſe, ſiue per adminiſtros, ac ſubſtitutos Angelos. Cùm itaque nonnullæ omninò puræ, rectà ad cœlum ducantur, eorum comes eſt & ductor Angelus, ſed ſtaterâ minimè indiget: pleræque ſanctæ quidem, ſiue iuſtæ, ſed paullulum adhuc purgandæ ad emendatorium ignem proficiſcuntur. Hic Ductor ad ingreſſum (inueſtiganti enim locum, in quo Angelus Princeps ſtatera & gladio viſendus collocetur, commodior non occurrit) in vna lance animam, in altera lignum,

fœnum,

fœnum, ſtipulam leuium delictorum, & reatum pœnæ, pro peccatis diuina gratia hic remiſsis, reſiduum ponit: vt quantum hæc præponderauerint, tantum detur tormẽti, donec exurantur. Niſi fortaſſe dicere libet, quod vtique licet in iſtiuſmodi Symbolicis; in vna lance lignum, fœnum, ſtipulas; in alterâ, flammam, & cætera pœnarum inſtrumenta collocari, vt tantum præcisè pœnarum, quantum ſtipularis grauitas poſtulat, animæ irrogetur. Quod Iuſtitiæ rigorem indicat, ſiue illam commutatiuam, ſiue diſtributiuam dixeris. Staterâ quoque & gladio ſumma poteſtas, Iuſtitiæque æqualitas declaratur.

NEQVE iſtud reticendum videtur. Quicquid tandem pœnarum ab animabus expetitur, id Iuſtitię adſcribendum eſſe: nimirum illi, quæ Vindicatiua nominatur, quã diuerſam eſſe à nominatis ſpeciebus, Cõmutatiua, & Diſtributiua ſuſpicari quis poſſet. Eſt autem illius officiũ, pro iniuria, vel offenſa pœnam rependere; ſiue reddere malum pœnale pro malo culpæ

culpæ ad æqualitatem, vt iniuria reparetur: & quoniam hoc ad rectum vniuerſi ordinem exigitur, ac peccantum meritis congruit. Præclarè Anſelmus. *Cùm punis malos iuſtum eſt, quia illorum meritis conuenit. Cùm parcis malis iuſtum eſt, quia bonitati tua condecens eſt.*

Citat. S. Tho. 1. p. q. 21. a. 3.

NVNC autem ita Iuſtitiam in Purgatorio ſolium ſuum habere, vt ſedem quoque in ea teneat Miſericordia, præter ea, quæ in ſuperioribus fusè diſputata ſunt, illud omninò conuincit, quod multo maiori miſericordià erga animas gratia & caritate ſibi deuinctas DEVM ferri dicere oporteat, quam ergà illas, quas, vt nunquam ſibi reconciliandas æternis cruciatibus addixit. Conſtat autem in has etiam aliquid miſericordię à Miſericordiarum Patre effundi, licet in imo Tartari detentas. Multo igitur magis in Purgatorio ſeſe exercet. Periculosè ratiocinaris, dicet aliquis. In Inferno etiam Miſericordiam conſtituis. Nunquam tibi lectum, aut excidit illud Iacobi capi-

te ſecundo: *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam.* Quales ſunt omnes damnati, qui ſibi ſaltem miſericordiam negarunt, in ſe, quàm in alios magis truculenti.

Vidit hoc vbique perſpicax D.Thomas Aquinas, & reſpondet: Quædam opera attribui ſolere Iuſtitiæ, & quædam Miſericordiæ: quoniam in quibuſdam vehementius, inquit, apparet Iuſtitia, in quibuſdam Miſericordia. Et tamen in damnatione reproborum apparet Miſericordia, non quidem totaliter relaxans, ſed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. Quod indicatur à D. Chryſoſtomo homilia 37. in Geneſ. & Auguſtino lib. 21. de ciuitate cap. 24. recipiturque ab omnibus Theologis. Quod autem ait Sanct. Iacobus, ſignificat, nullum ex miſericordia ſaluandum, ſed omnes, qui malè egerunt, condemnandos: non futurum vllum interceſsioni locum: nullum veniæ ſubſidium: nullum perfugium malefactoribus. Siquidem ad iudicium

S.Thom.1. p q 21. art. 4. ad 1.

poſtquam peruentum fuerit, ſolius Iuſtitiæ, commutatiuæ, diſtributi, uæ, ac vindicatiuæ legibus agen- gendum. erit *Zelus* enim *& furor viri* (videlicet Chriſti iudicis) *non parcet in die vindictæ; nec adquieſcet cuiuſ-*
Prou.6.34 *quam precibus; nec ſuſcipiet pro redemp-*
35. *tione plurima* Prouerbiorum VI. Tunc adimplebitur illud Ieremiæ XVII.
Ier. xxii. *Ego Dominus ſcrutans corda, & pro-*
10. *bans renes, qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Ego venio cito,* in-
Apoc.xxii quit in Apocalypſi cap. XXII. *ip-*
12. *ſe Iudex, & merces mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua.*

LICET autem tam in Inferno, quàm in Purgatorio DEVS puniat citra condignum, quod eſt Miſericordiæ, non tamen inde colligas Iuſtitiæ leges violari: nihilominus enim æqualitatem ſeruat: & quantum glorificauerunt ſe & in delitijs fuerunt, tantum datur illi tormentum. Nimirum tantum puniuntur, quantum merentur ſecundum legem à DEO ſancitam, qu-
c

eſt Iuſtitiæ; ad quam pertinet pœna peccatis commenſuratas conſtituere. Haud diſpari modo, docent Theologi, DEVM remunerãdo opera iuſtorum bona, dare præmium vltra condignum, Quod colligitur ex S. Baſilio in Pſal. CXXIII. Bernardo Sermone I. de Annunciat. Fulgentio lib. I. ad Monimum cap. 10. Chryſoſtomo homilia XXXVIII. ad popul. D. Auguſtino in Enchirid. cap. CXII. & D. Proſpero, qui idem carmine complectitur. Atque ita meritis gloria maior erit. Et tamen ſeruabit in ea ipſa re Iuſtitiæ commutatiuæ regulam vel modum. Nimirum opera fidelium pia facta in gratia, quâ iuſti ſunt imbuti, habent quidem proportionem, ac dignitatem cum prœmio beatitudinis: non tamen ſunt tanti valoris, vt illud æquent. DEVS tamen, quâ eſt liberalitate, ac munificentia prœmium illud ijs daturum ſe promiſit, ſancita lege. Tantum ergo reddit quantum merentur opera tum ex ſe, tum ex promiſsione DEI; ac proinde dicitur reddere prœmiũ ex

iuſtitia, liberalis promittendo, iuſtus reddendo.

IT A QVE in Purgatorio, Miſericordia & Veritas obuiauerunt ſibi, Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt. In hac regione vmbræ mortis vniuerſæ viæ Domini, ſunt Miſericordia & Veritas.
Pſ. 24. Inter hos duos cleros, in igneo, flammantiq; ſtrato fatigatæ animæ quieſcũt. Inter hæc duo Spõſi brachia, læuã & dexteram, Sponſa, nigra, ſed formoſa, Aethiopiſſa legis'atoris vxor cubare cogitur. Hos ſimul duos pedes memor afflictionis oſculatur peccatrix. Propter hæc duo aſsimilat Chriſtum iudicem capreæ, hinnuloque ceruorum. Has virtutes, canendo, dum pergit ad patriam, nunquam diſſocia lugubris Pſaltria. Eſt in Purgatori calix in manu Domini plenus mixto, & inclinat ex hoc in hoc, Miſericordia Iuſtitiam mitigat: Iuſtitia Miſericordiam temperat. Ibi Miſericordia & Verita præcedunt faciem D E I poſtea con-
Pſal. Lxxxviii templandam. Ibi cantatur: Virga tu & baculus tuus ipſa me conſolat ſunt. Virga Iuſtitiæ recta firma

qu

que in caſtigando: baculus,vt ſuſten-
aculum in conſolando. Ibi roſæ qui-
em conſolationis aliquæ, ſed pungē-
bus flammarum ſpinis internaſcūtur.
bi mella ſed per fauos currunt. Ibi
accharum aliquod ad condimentum
cerbitatis pœnarum, ſed duriſsimo
ortice ambitur. Ibi gemmæ aſpira-
ionum, ſed in conchis.

AT quomodo, inquis, in eo-
lem Theatro Miſericordia, & Veri-
as, Iuſtitia & Pax, Ignis & A-
qua? DEI proprium eſt, quæ maxi-
mè diſsita, ac penè pugnantia ab-
dito quodam nexu coniungere ac
colligare. Nunquam auditum e-
rat, vnius ſatisfactionem, & Iu-
ſtitiæ rigorem ſummum, & miſe-
ricordiæ lenitatem ſummam iunctim
habuiſſe. Id poſſe fieri DEO pla-
cuit oſtendere. Mittit è ſinu pro-
prium gnatum, & vnigenam. Is in
vnica ſanguinis guttula omnem Mi-
ſericordiæ Iuſtitiæque immenſitatem
concluſit. Vulgo iactabatur,

——*Nec eadem in ſede moratur*
Maieſtas & Amor.——

Idem DEI Filius à nobis abituriens, condito teſtamento orbiculum reliquit ſingulis heredibus, tam paruum, vt coriandri atomum ſæpe vix æquet. In eo tamen cum toto ſuo comitatu incluſus ſplendet infinitus Amor, & ſedet Omnipotentis Maieſtas, tam amicè, vt alterius benignitas, nihil de alterius imminuat dignitate. Quid miraris, ſi idem theatrum Miſericordiæ & Veritati, Iuſtitiæ & Paci adſignemus? Aliquid ſimile in humanis reperio, ſed ſimile cum claudicatione, quod nuper dedimus, dum Zaleuci & Artaxerxi in ſumendo ſupplicio lenitatem rigori iunctam deprædicaremus. Et DEO id non tribuas? cùm

OMNES *via Domini ſint Miſericordia & Veritas*, Pſalmo XXIV. Vbi veritatis nomine ſicut alibi ſæpe Iuſtitiam intelligo. Iuſtitiæ autem diuinæ, veritatis appellatio tribuitur, quæ propriè pertinet ad intellectum ſignificans adæquationem eius ad res, cùm iuſtitia ſit in voluntate: quoniam, vt docet S. Thomas, quando

1 p. q. 21. art. 2. & 4 & in 4. d. 46. q. 1. a. 3

do intellectus eſt cauſſa rei comparatur ad illam, ſicut regula & menſura illius. Talis eſt intellectus DEI, qui non accipit ſcientiam à rebus, ſicut noſter; ſed res ipſæ veræ ſunt, quatenus intellectus diuini regulæ adæquantur: quemadmodum opus artis verum eſt, quando conuenit cum arte, quæ eſt in intellectu artificis. Atqui Iuſtitia DEI conſtituit in rebus ordinem conformem rationi ſapientiæ ſuæ, quæ eſt lex omnis operis: operaturque DEVS ſecundum Iuſtitiæ ordinationem, quæ intelligitur inclinare DEVM, vt in operando conformet ſe regulæ ſuæ Sapiẽtiæ. Ex quo probat idẽ S. Doctor, In omnibus DEI operibus Miſericordiam & Iuſtitiam reperiri. Eſt enim vbique dulcis & rectus Dominus Pſalmo XXIV. Dulcis, ſuauis, manſuetus, benignus, miſericors, miſerator, longanimis, patiens: ſed ſimul rectus, iuſtus, verax. Inde ſperandum: hinc timendum. Mel & lac ſub lingua eius, vt eſt Canticorum IV. Sed ſi vileſcant dulcia, efferueſcit ira: tanto magis,

Pſal. 24. 8.

Cant. 4. 11.

quantò antea benignior Miſericordia, quàm caue, irrites obſtinatione, & malignitate.

MISERICORDIA, & Veritas, ſiue IVSTITIA, duæ ſunt viæ Domini. Dicuntur autem viæ, DEI opera, quia per ea quodammodo egreditur extra ſe, vnde dicitur habere actionem egredientem, ſeu tranſeuntem. Duo tantum ſunt DEI itinera, inquit Abbas Tuitienſis, Miſeri-
Lib. 2. Reg. cap. cordia, ac Veritas. Hæc ipſa ſunt crura, ſicut columnarum marmorearum
Can. v. 15 ſuper baſes aureas, Canticorum v. Columnis iſtis tota penè domus incumbit: totum diuinæ Scripturæ, electionis diuinæ, prædeſtinationis humanæ ædificium innixum eſt. Nam quicquid legimus, quicquid audimus, quicquid in nobis ſentimus, aut experimur, quicquid in alijs animaduertimus de vniuerſis vijs Domini, aut Miſericordia eſt, aut Veritas: imò, Miſericordia
Pſ. 14 & 100. 1. ſimul ac Veritas. Has virtutes canendo, vt fecit Dauid; & hos oſculando
Luc. 7. 3. pedes, vt Magdalena, ſeiungere nunquam oportet.

SED

SED auebit tandem ſcire quiſpiam: cùm in Purgatorio ſit Miſericordiæ & Iuſtitiæ Societas, quænam magis emineat vt regnare videatur: rectè enim dictum eſt ab Aquinate, in aliquibus DEI operibus vnam, in alijs alteram magis apparere, ac ſplendeſcere. Hic hæreo equidem, & terret me Miſericordiæ encomiaſtes egregius Bernardus Abbas, quem memini dicere alicubi, CHRISTVM eſſe Apem, qui mel attulerit in hanc, aculeum in alteram vitam reſeruauerit. At ſit ita, cùm de nunquam finienda ſupplicij irrogatione ſermo eſt: cum de temporaria Purgatorij pœna loquimur, inclinat animus in mitiora: ac pro Miſericordià ſententiam non fero. qui enim nos homulli? qui maiores noſtri? ſed à Numine, ipſo diuino latam, vt opinor, ambabus amplector vlnis, & exoſculor. Id naturæ ſummi Principis magis conſentaneum, cuius proprium eſt miſereri ſemper & parcere, quia

P.p.q.21. ar. 4. ad 1.

Ser. 2. de Aduent.

Pater miſericordiarum, miſerationum Dominus, Rex clementiæ, qui cenſet à ſe extraneum & peregrinum opus, punire.

Caſſ. lib. 11 Variar. Veri benignique Principis eſt, vt ſcribit Caſsiodorus, ad Clementiæ commodum tranſilire interdum terminos æquitatis, quando ſola eſt Miſericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant. Nolim quidem ego æquitatis terminos tranſiliri, ſed ſummum rigoris. Quod de DEO fidenter adfirmo, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius. Iuſtitia tua, Iudex æquiſsime, in Purgatorio, ſicut montes DEI: at magna ſuper cœlos, Pater indulgentiſsime Miſericordia tua. Maior cœlorum eſt, quam montium altitudo. Iuſtus es Domine, & Zelotes viſitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & in quartam generationem. At facis miſericordiam in millibus. Stillat in Purgatorio furor & indignatio, fateor. Magnus furor Domini ſtillabit ſuper nos, aiebat pœnas metuens Anima, ſed, quid ſtillæ ad tor-

rentem, guttæ ad Oceanum? *Declinabo,* inquit optimus Pater *ſuper eam,* Animam dilectam, vbi? in terrâ tantùm? ſub terra quoque, *quaſi flumen pacis, & quaſi torrentem inundantem* effundam ſuper vos aquam mundam, mundantem etiam. In Purgatorio parcendo & miſerendo maximè Omnipotentia manifeſtatur. Ibi, dum Miſericordiâ & Iuſtitiâ, tanquam pedibus ſubſiſtit Diuinitas. Miſericordiæ dexteram, vt ad motum priorem & accommodatiorem, prius, firmiuſque figit. Ad Miſericordiam Bonitas, quæ DEVS eſt, DEVM impellit: ad Iuſtitiam, vt demeritis ſupplicia rependat, hominis malitia, quæ eſt planè nihil. Plus ne virium habeat NIHIL quàm OMNIPOTENTIA? *Iſa. LXVI. 12.*

DICAMVS igitur, in Purgatorio Miſericordiam eminere. Hanc ego velut copioſum imbrem concipere ſoleo, qui non guttatim ſtillet, ſed magno impetu in Purgatorij ignem à Iuſtitia accenſum feratur, illumque tandẽ extinguat. Quo facto Miſericordia

Victoriam conſequitur. Hic opportunè recordor illius certaminis, quod olim inter Ignem & Aquam eſt habitum memorabili vnius triumpho. Fabula ne ſit, an hiſtoria non contendam: vt rei ſacræ ſymbolum intueri eam ſoleo. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem DEVM ſuum circumferentes cum omnium prouinciarum Dijs habuiſſe conflictum, quo ſcilicet qui viciſſet hic DEVS ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum Dij, æris, auri, argentiue, vel ligni aut lapidis, aut alia quauis materia conflabant, quæ per ignem procul dubio corrumpitur. Hoc cum audiſſet Canopi Sacerdos callidum quiddam excogitat. Hydriæ fieri ſolent in Ægypti partibus fictiles, vndique crebris, & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua deſudans defæcatior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, deſuper etiam varijs coloribus pictam aqua repletam ſtatuit in DEVM, & exciſum veteris ſimulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput

Ruffin lib. 2. cap. 26. Baroni. tom. 4 p. 406.

put deſuper poſitum diligenter aptauit.

Adſunt poſt hæc Chaldæi itur in conflictum: circa hydriam ignis accenditur: cera, qua foramina fuerant obturata, reſoluitur. Sudante hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor oſtenditur. Vnde Canopi ſimulachrum pedibus per exiguis attracto collo, & quaſi ſugillato, ventre tumido in modum hydriæ cum dorſo æqualiter tereti formatum ex hac perſuaſione, velut DEVS victor omnium colebatur. En aquam extinguentem ignem: illa Miſericordiæ, hæc Iuſtitiæ eſt ſymbolum: quarum vtraque in Purgatorio certat, ſed hæc tandem cedit, & Miſericordia triumphat.

VERVM ex hac Miſericordiæ magnitudine Iuſtitiæ ſeueritatem colligite. Neque enim indiuidua hæc ſocietas facit, quo minus in Purgatorio ignis ardeat, cuius intuitu hic noſter, qui vrbes ſæpe vorat, & adhuc famet, picti ſpeciem obtinet. E quo cum longiore comprecatione, quam diſputa-

tione animas liberari ſit certum, quæſo Vos, enixè à DEO contendite, vt miſerationum ſuarum memor, vel vni è benefactoribus noſtris miſsionem dare dignetur, quæ vt omnibus contingat, ſingulorum in vnum iunctis votis apprecamur.

SERMO V.

Satius-ne ſit, Animabus in Purgatorio quàm viuentibus in mortali peccato detentis, ac miſerè vexatis, prece, eleemoſyna, ſacrificijs, alijſque remedijs opem ferre.

Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Iob. XIX. 21.

IN hac anniuerſariâ fidelium defunctorum memoriâ honos à nobis habetur ritu veteri munificis Sodalitatis Marianæ, cuius Præfecturam gerit Sereniſs. MAXMILIANVS HENRICVS, Princeps munificentiſſ. benefacto-

factoribus; & eorum nominibus ſigillatim è tabula recenſitis, gratam iuxta piamque erga eorum manes beneficentiam ſuademus: cum verò ijs à bonorum remuneratore DEO pacem ac felicitatem ſupplicibus votis precamur. *Nominum hic eſt ſyllabus —— legatur.* ——

IAM concipite animo, hos omnes, vel horum aliquos cum aliorum multitudine penè innumera, ex ijs, qui vos ſanguine, affinitate, notitia, cõſuetudine attingebant, dum adhuc in viuis eſſent, denſato agmine per decumanã illam portam Aulæ ſeſe infundere, omnes miſerabili ſpecie, & ad horrorem ſimul, ac commiſerationem ciendam compoſita, flammeis incluſos ergaſtulis, oculis lacrymarum fluxu continuo exeſis, è naribus ignem expirantibus, manibus ac pedibus catenis ignitis oneratos, collo ſerpentum voluminibus torquato, toto corpore vulneribus conciſo, & ſanie taboque defluente, vultu ſupra carbones denigrato: ſicq́; nemine opitulãte per totã illã viã ad vos arrepere, aduolui genibus, prenſare velle dexteras, dolorẽ,

ſupra

ſupra quam credi poſſet aut fingi, acerbiſsimum conari exprimere; tandemque alta, ſed flebili, & ſuſpirijs gemitibuſque interciſa voce, illud pedibus veſtris hærentes ingeminare lamentabiliter; & cum eiulatu maximo:

Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.

Eſſet ne vlli è vobis tantum chalybis circa ſaxeum pectus, vt faſtidioſè à ſe hanc miſerorum cateruam, ſubſidij ſpe fruſtratam omni repelleret, ſi hæc intueretur? Quod autem oculis hiſce corporeis non ſubijcitur, id illuſtrato ſacra fidei face intellectu coram aſpicimu, ſi expiatorium ignem, in quo pænas luunt peracerbas fidelium animæ non ſatis expurgatæ alicubi adhuc ſupereſſe non dubitamus. Et erit aliquis tam ferreis præcordijs, qui harum obteſtationibus, quas multiplicare haud eſt dubium, non moueatur? nec largiſsimè ad illarum laxamentum & ſolatium, prece, eleemoſyna, ſupplicijs voluntarijs, ſacrificio Chriſtiano concurrere proteruus recuſet?

SED

SED vnum fortaſſè quibuſdam re-
moram injicit, quod exiſtiment, viuis
potius opitulandum, in quibus benefi-
cij fructus conſtat, ac cerni poteſt: de-
functorum procurationem huius fori
non videri, ideoque non admodum cu-
randam, nec ſolicitè ſuſcipiendam.
Curent, qui cum illis agunt. Hoc ni-
mirū erat, quod hodie vna commenta-
tione excutiendum ſumpſimus: ijs ta-
men poſitis, quæ fusè annis ſuperiori-
bus, ex Chriſtiana Theologia de Pur-
gatorij fide, natura, conditionibus, alij-
ſque annexis, & repetenda non ſunt,
diſputauimus. Aures, quæſo vos, ani-
moſque arrigite.

LIS fuit orta inter duos religioſæ
familiæ Sodales, pietate, doctrinaque
imprimis Theologica illuſtres. Magis
ne rationi ſit conſentaneum, & expe-
diat, demortuorum animabus, quæ in
purgantis incendij cruciatu detinen-
tur, an degentibus apud nos, & lethi-
feri criminis flammis haud paullo pe-
riculoſius ambuſtis, orationibus, ſa-
crificijs, eleemoſyna, voluntariè ſuſ-
ceptis pœnis, flagris, cilitio, xerophà-
gia,

gia, peregrinationibus, votiuis ſupplicijs, vltraneis corporis afflictationibus, ſimilibuſque pietatis Chriſtianæ munijs ſuppetias ferre? Qui viuentibus fauebat, ita ratiocinabatur. In ſubterraneis illis ſpecubus, aut vbi vbi tandem leuioris noxæ conſcij cruciariam ignis vini perpetiuntur, & expiantur, de beatitudine æterna conſequenda non coniecturis agitur, ſed illius certitudo habetur; ſiue reuelatione, & ab Angelis, ſiue alijs minimè fallentibus indicijs. Dubium non eſt, quod inde emigrabunt aliquando etiamſi mille annis permaneant. quantulum iſtud ad æternitatem?

Pſal. 89. 4. *Mille anni in conſpectu tuo, Domine, tanquam dies heſterna, quæ præterijt.* ô magnum nihil!

Itaque horunce calamitas non eſt cum illorum conferenda, qui lethalibus premuntur criminibus, quorum ſors eſt miſerrima. Nam imprimis, ſi in eo ſtatu perſiſtant, certum eſt, æternis addicendos tormentis; incertum, an vnquam ijs ſint vinculis eximendi: indubitatum, iram eos diuinam promeruiſ-

ernıſſe: adde, caſibus infinitis eſſe
xpoſitos: magis æruminoſos, quàm in
atrocinio deprehenſi, qui ad furcam
lucuntur: magis diſcriminibus obie-
ctos, quàm. qui concitato tempeſtate
elago in naui penè luxata ſine arma-
nentis nauigant: minus tutos, quàm
qui in capitaliſsimorum hoſtium ma-
nus incidunt: æquè morti vicinos,
quàm, quorum ingulum à latrone ap-
poſita ſua premitur. Ijdem ſunt ho-
minum peſtes, Angelorum bonorum
horror, malorum præda, DEI odium
inuiſa omnibus, & inimica capita. An
non potius igitur, illis, omiſſa anima-
rum cura, alibi deliteſcētium, quibus
nobiſcum amplius non eſt familiari-
tas, & conuerſatio, quæque periculis
amplius non ſunt expoſitæ, ſubueni-
endum eſt?

Adiungere licet, illorum, qui no-
biſcum degunt, periculum videri poſ-
ſe internum & domeſticorum: Anima-
rum autem externum & alienorum.
Quod argumentum magni facerent in
Imperio Domini, qui in Germania di-
cuntur Proteſtātes: hi penè ſemper eo
in diſsimili cauſſa vtūtur in Comitijs.

No-

Norunt qui in iſtiuſmodi Imperij conuentibus vel interfuere ipſi, vel commentaria de iis, quæ inibi acta perlegerunt, Proteſtantes, vt ſe ab auxilijs contra hoſtem communem Chriſtianitatis præſtandis ſubducant, vafrè illud multis exaggerationibus ſolere proponere: interno prius, quàm externo occurrendum periculo: flammas quæ domi ſerpunt, quàm quæ in propinquo graſſantur ſopiendas potius: cuiuis ſuo quam alterius morbo medicinam adhibendam. Itaque ſi quid petat Imperator intercedere ſolent Proteſtantes, ac dicere, prius fiduciam inter ſtatus conciliandam eſſe, Cameræ Cæſareæ curſum promouendum, renouandam de pace religionis conſtitutionem, imò tranſactionem Paſſauicam: ſicque miſerrimè luduntur Catholici, & neque internis, neque externis periculis occurritur, poſt toties tentata incaſſum, Auguſtæ, Spiræ, VVormatiæ, Paſſauij, Ratisbonæ remedia.

Ita nimirum, ſi pro defunctis orandum

dum indicatur, prius, potiusque pro viuentibus faciendum contendunt; vice verſâ oppoſitum defenſuri, ſi pro viuentibus peccatoribus preces imperentur. Vt Proteſtantes, dum de interno periculo auertendo agitur. Quod in ſuperioribus comitijs fuit animaduerſum, in quibus, de reſtituenda iuſtitia prima erat futura deliberatio, ſed tantundem, ac in ſuperioribus eſt actum. At hæc παρέργως: non tamen extra chorum.

Iam verò alter, qui animabus in Purgatorio concluſis patrocinabatur hunc ferè in modum diſputabat. Qui mortiferis peccatis torquetur, voluntatis, libertatisque poteſtatem expeditam habet. Neque enim ita delirandum, vt exiſtimemus peccatum æquè liberi arbitrij, ac ſanctitatis orbitatem inducere. Eſt ergo illi ab hac miſeria eripiendi ſe facultas, ſi diuinæ gratiæ auxilio, quod nulli non ſufficienter adeſſe credimus, cooperatricem dexteram non deneget. Ni faciat, ſibi imputet, ſe accuſet, de ſe conqueratur. Quid alienam opem flagitat, qui ſuam,

ſuam, ſibi nequam non præſtat? quid me fatigat, qui ocioſus in propria cauſſa deſidet? Tu pro illo ſis ſolicitus, qui ignauus ſui curam negligit? de illo magnoperè labores, quem quicquid facies, non ſapiet, niſi velit, quod poteſt; non velle autem eum dum peccato decipit, nec illud abijcit, apertè teſtatur. Illius ſalutem omnibus procurandam auxilijs ſuſcipe, qui talibus detinetur vinculis, vt iis, etiamſi maximè velit, liberari propria ope nequeat, tuamque multis titulis expoſcit, & lamẽtabiliter identidem inclamat: *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Si vnus ex amicis tu annueris, vſuram ſpondet beneficij præſtiti, quàm primum ad meliorem fortunam peruenerit: perueniet autem citiſsimè, modò tu velis, & pecuniolæ pauxillũ de tuo exponas. Ad Superos ipſe delatus, tanquam ad patriam ſedem, domi ſuæ nobilis & locuples larga manu rependet. Quod ceſſas? Seposita viuentium cura, quam ipſi de ſe ſuſcipiant, ni perire velint, defunctorũ anima-

animabus ad mortalium auxiliaria munia aſpirantibus, anhelantibuſque te impende, ſi vtrumque non poſsis perficere, ſupplica, ieiuna, peregrinare, pauperibus eleemoſynas diſtribue, vt, vel vnam animulam tibi olim fortaſſe percaram, & domeſticam ex Purgatorij flammis eripias.

VERVM, hæc ſimiliaque non fuere tanti roboris, vt alterius opinationis patronum à ſuſcepta ſemel ſententia, cui fixus, vt ſcopulo, inhærebat auellerent: maioribus opus erat ad perſuadendum præſidijs, acrioribus ſtimulis. Itaque nocte concubia adeſt Anima, ex ijs, opinor, quæ precibus hominis iuuari debuerant: dormienti, an vigilanti adſtiterit, dicere non habeo. Virgas expedit. Virgas cum dico, non concipite ludicras puerorum quibus matres metum infantibus incutiunt, non lædunt; ſed denſas & ingentes lictorum, ex vlmo, paliuris, vrtica, quibus perforata primo contactu cute, carneque lacerata ad neruos & oſſa peruenitur. Virgis ergo pertinacem cecidit Anima (diſputent

poſtea

poſtea Philoſophi, qua motrice poten-
tia) donec ſententia mutata, ad ſoci
opinionem accederet, clamans haud
dubiè, ac eiulans.

REM hanc, ne fabulam narraſſe di-
car, breuius exequitur vir, apud Ger-
manos etiam notus, ſcripto Hiſpanicè,
& in noſtrum idioma transfuſo libro
de Regno DEI Petrus Sanchez. fides
auctorem appellet. Cuius narratio in
Pet. Sancher par. 6. cap. 4 p. 720. Bzouius Tom 13. An. 1220 quibuſdam ſimilis illi hiſtoria S. Domi-
nici, in qua hæc habetur. Bertrandus
ex primis ſocijs S. Dominici frequen-
tius pro viuis, rarius pro defunctis
ſacrificium offerebat. Quæ ſiui ex eo
Benedictus alter ſociorum è cætu Do-
minici, quid ita faceret? Quià, inquit,
mortuorum animæ, ſi perpetuis cru-
ciantur pœnis, nullam à nobis, qui
ſuperſtites ſumus, opem expectant: ſin
temporalibus, quia diuina gratia non
carent, inde aliquando eximentur.
Cui Benedictus. Si duo ſint mendici
pari laborantes inopia, ſed alter fir-
mis ſit viribus, & incolumis: alter ita
confectus, vt ſe mouere non poſſit,
cui magis ſubueniendum putes? Ei, qui
ſe mo-

ſe mouere nequit, reſpondet ille. Tunc Benedictus: ſed animæ, quæ in Purgatorio igne torquentur, perſimiles ſunt ægroto illi, qui ſe mouere non poteſt: nam nec pedes, nec manus habent, nec oculos, aut linguam, aut alia, quibus corpora viuentium non carent: nec ſibi vllam ipſæ opem adferre queunt: aliena maximè indigent. At ſuperſtites, quibus adhuc eſt integrum, pedem referre, & ad rectam viuendi normam reuerti, ſibique ipſi multis poſſunt modis opitulari, & ſuis operibus abundare, multo minus aliena ope indigent. Verum cùm in ſua Bertrandus pertinax ſententia eſſet, nocte, quæ ſequuta eſt, horribile ſpectaculum quieſcenti contigit. Vidit enim plus decies mortuum quendam ſepulchrum ligneum ſecum trahentem, ſibique obſtrepentem, & impetum minaci vultu facientem, ac ſepulchrum, quod dixi, quatientem. Narrauit poſtea Benedicto, quod vidit, & à monitione illius frequentius pro mortuo orauit.

IDEM omnibus faciendum exiſti-

mo,& vtinam vt faciant,multis perſuádeam. Reor ſanè in hac controuerſia pro animabus Purgatorij ſtandùm eſſe, ijſque litem adiudicandam, non magis narratis viſis, quæ non reijcio, quam ratione inductus. Nam vt premamus paullulum, quæ in aliena perſona ſuperius diximus: Finge, ſi placet, duos, facto naufragio, fluctuare in pelago opis alienæ indigos. Alterum natandi minimè gnarum, & cui porrecta tabula ſubuenire non poſsis, nec aliter diſcrimini ſubducere, quàm ſi lembo adnauiges, ac eripias è fluctibus, & ad portum perducas: hoc illum te per ſuperos, per tibi carum caput, per quicquid vbique venerabile, rogare, & obteſtari, cum fide data, ſe memorem fore, ac gratum, ſponſione interpoſita, & DEO, tanquam fide iuſſore inuocato: Alterum natandi non omninò ignarum, modò tabula aliqua adiuuetur, quam fluctuanti corpori ſupponat: tabulam verò haud longè abeſſe, modò manum ipſe extendere & arripere, quæ offertur, non pigeat. At non lubet illi membra commouere:

uere: adhæret ſcirpo, aut arundini in aqua extanti, quæ ſi vento ſuccutiatur, ſe & adhærentem vndis inuoluet. hoc videt naufragus, ſed quaſi ſecurus futuri, id flocci facit. auxilium tamen alicunde præſtolari videtur, quod non flagitat quidem precibus, ſed contrarium potius ore, vultu, geſtu ſignificat. Dic mihi, quæſo te, ſepoſitis tot Theologorum ſubtilitatibus, & ambagibus ſcholaſticis, cuinam tu primùm ſubueniendum arbitrarêre? Dicis, fruſtra hoc quæri, de quo nemini eſt dubium: quis enim ambigat an priori illi auxilium quamprimum, præ altero ſit ferendum? Breuiter itaque, & penè verbulo. Luctantur cum fluctibus in Purgatorio Animæ, & clamant ſemper, *Fluctus tui ſuper me tranſierunt*. Pſal. XLI. imperitæ natandi. Nam *nec opus, nec ratio, nec ſapientia erunt apud inferos*, Eccleſiaſtæ IX. hoc eſt, in ſubterraneis animarum receptaculis, ſiue limbo, ſiue Purgatorio, ſiue damnatorum domicilio. Intelligunt quidem animæ ſeparatæ, ſed non eſt illis ratio, ſcientia, aut ſapientia ad

Pſ. 41. 8.

Eccleſ. 9. 10.

meritum: ne Chriſto quidem fuit dum apud inferos moraretur. Nam idem ſe operari oportere dixit *opera eius, qui miſerat ipſum, donec dies eſſet*: venturam
Ioan. 9. 4. noctem, *quando nemo poterit operari* Ioannis IX. nemo manus ad natandum extendere. *In diluuio aquarum multarum nullus* ad DEVM, ſic natando *approximabit*, pſalmo XXXI. Ob eandem cauſ-
Pſ. 31. 6. ſam, tabula pænitentiæ ibi non prodeſt ad euaſionem: decurſum eſt merendi, ac pro ſe impetrandi ſpacium. Vnicum ſupereſt remedium, ſi quis viuentium adnauiget, & in inonerariá ſuam, eleemoſynarum, orationum, & ſacrificiorum panibus onuſtam, has obteſtantes tuam fidem, ac opem implorantes recipias.

IAM verò peccator, qui nobiſcum inter viuos agit, fluctuat ille quidem in vndis mortalitatis, decumanis criminum penè obrutus; ſed, ſi ſecundam poſt naufragiū tabulam arripere velit, certo certius euadet. Audit inclamantem: Pænitentiam amplexare *ſicut naufragus alicuius tabulæ fidem*, vt loquitur Tertullianus. deſpicit. Videt
Ter. lib. de Pænit. porrigentem, non abſque obteſtatione: In-

ne. Inſiſte miſer, fortiter inhære, *tanquam naufragus tabulæ*, vt hortatur S. Antiſtes Ambroſius, diſsimulat. Sentiſ ſtimulantem conſcientiam: quid perire cupis, cùm ſaluus eſſe poſsis? irridet. Accurrunt multi, certum ſpondent auxilium. piget, vel extremum ſiniſtri pedis digitulum porrigere, cui funis ad extrahendum innectatur. Vſurpat fortaſſe illa meritorum noſtrorum oſoris Lutheri: *Ego, ſi cœlum apertum viderem, idque culmo ſtramineo de terra ſublato, mereri poſſem, nollem tamen illum attollere.* Adhæret interim peccator fragili cannæ mortalitatis; quæ, ſi febriculæ ventus vrens incumbat, & agitet, mergetur, ex æternis damnationis vndis nunquam eruendus. Et adhuc dubitas, cui ferendum ſit auxilium? Pereat, dum non vult, qui ſaluari non vult, dum poteſt. quod non optantis ſit, ſed prædicentis, aut malè ominantis.

Amb. ad virg. lapſ. cap. 18.

Colloq. fol. 356. & fol. 59. plura locat citat Henricus Fiz, Simon in Britan. lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 2.

ROBVR hæc accipiunt à vulgari, vt vocamus, caſu. Inuadit te prædo, vt vitam tibi eripiat, aut rem aliquam, quæ vitâ multo eſt villor: Tu, vtil-

Iam retineas, ſicam vibras; &, quamuis non ignores, hominem lethifero obnoxium eſſe peccato, ideoque æternis addicendum ignibus, ſi transfigatur, cor tamen petis, ac tranſuerberas. Hic ſemidoctus exclamet. heu! quantum à te vno ictu commiſſum eſt piaculum? Cur ita? Quoniam plus diligere deberes vitam ſpiritualem alterius, quàm tuam corporalem: illius temporalem magis, quàm bona tua temporalia: itaque, non ſine noxa vitam illi adimis, quem anima corporeque interiturum animaduertis. At non ea mens eſt peritioris Theologi, qui iure mactatum pronunciat, nullo commiſſo ob id crimine, ſi inculpatæ tutelæ moderamen haud abſuiſſe conſtet. Cauſarum omnium nucleus eſt iſte, quod, qui te inuaſit, non cenſeatur fuiſſe in neceſsitate, cùm liberè ſe coniecerit in id periculum, à quo ſe expedire nullo negocio potuiſſet. Quocirca non tenebaris tu vitam illius actu diligere: habebas autem iuste, ac tua diligendi; ideoque remo-

S. Antonin 3. p. tit. 4. cap. 3. Syl- ueſt. v. Bel lum. q. 2. Caiet. 22,

uendi omnia,quæ cum efficaci hac dilectione pugnabant. Quare fas tibi fuit,vitam inuaſoris, vt obſtaculum, remouere. At,non eſt in maiore neceſſitate quilibet peccator, qui ſciens volens in crimine perſeuerat. Eſt autem in maximâ neceſsitate Anima, dum in Purgatorio conſtringitur, nec ſe à cruciaria ignis violentia poteſt eripere.

q.64. ar.7. Sot.lib.5. de Iuſt.q. 5.art 3. Nauar.ca. 15.n.2. Valen.tom 3.diſp.5. q.8.p.4.

Sed eſto, vtriuſque ſit par, quoad neceſsitatem, conditio: An non æquũ eſſet, illi prius ſuccurrere, quem pluribus amare debes titulis, quàm quem vno tantùm, aut paucioribus? quam,qui in ſe habet aliquid, quod odiſſe poſsis,quum nihil in altero ſit, quod non amare debeas? quàm,qui inuiſus eſt illi,cui niſi acceptus fiat,beneficij à te collati irritus erit euentus? Hoc autem inter Animam in expiatorio igne, atque peccatorem eſt diſcrimen. In anima eſt natura, & gratia. Vtrumque ex caritate diligendi eſt cauſſa. In peccatore eſt natura, ſecundum quam ex caritate illi debetur dilectio. Eſt etiam culpa, quæ

DEO eſt aduerſa. At ſecundum culpam, quæ DEO eſt inimica, ſunt odio habendi quicumque peccatores inquit Doctor Angelicus, etiam pater, mater, & propinqui, vt habetur Lucæ XIV. *Debemus enim in peccatoribus*(verba ſunt eiuſdem Magiſtri) *odire, quod peccatores ſunt, & odire, quod inimici* DEI *ſunt, & diligere, quod homines ſunt beatitudinis capaces.* Quare peccatoribus dicere potuit Dauid: *Conuertantur peccatores in infernum.* Pſalmo IX. *Diabolus ſtet à dextris eius: cùm iudicatur, exeat condemnatus* Pſalmo CVIII. *Vtinam abſcindantur, qui vos perturbant,* inquit Gentium Apoſtolus. Pluribus itaque titulis animæ DEO caræ amorem mortalium prouocant.

S. Thomas 22. q. 25. ar. 6.

Ad Galat. 5.

HIS nititur altera ratio ſuperiori gemina. Quo quis eſt, tum DEO, tum nobis propinquior, eo frui magis eum decet propinquioris ſubſidio, ſi indigeat, multo maximè, ſi poſtulet. Alter ergo in illum animo ac propenſione promptius, citiusque ferri debet. Quod penè argumentatione phyſica demonſtrari poteſt. Quia motus omnis

S. Thom. 22. q. 26. ar. 7.

nis accipit quaſi pondus ſuum quo tendit in terminum ex ipſo ſui principio potiſsimùm, à quo nimirum procedit: quemadmodum ex termino, vel obiecto ſumit ſpecificationem, & quandam determinationem. Itaque neceſſe eſt etiam motum caritatis, maiori quaſi pondere, ideóque promptius, & expeditius ferri in illud, quod eſt coniunctius principio, à quo procedit dilectionis motua: videlicet ipſi diligenti. Sunt autem multo coniunctiores hominibus iuſtis animæ Purgatorij, quàm peccatores viuentes. Coniunctionem enim habent cum ijs arctiſsimam, quam gratiæ & caritatis nexus reciprocus efficit. Vnde conſequitur, vt ſint amici ac fratres tum noſtri, tum Chriſti, filij autem DEI. Hoc vinculo carent peccatores, qui idcirco ſunt inimici & abominabiles.

Neque obeſt locorum diſtantia. Nam vt rectè Auguſtinus, *Caritas ipſa vera eſt, quæ corporaliter ſeparatos conſueuit ſpiritualiter copulare*, atque arctiſsimè coniungere. Duo enim, qui ſe ſpiritualiter diligunt ſancto amore, *Serm 42. de temp.*

 etiam-

etiamſi vnus inOriente alter, ſit in Occidente ita in caritate conglutinante iunguntur, vt nunquam ab inuicem ſeparentur. Atque hæc magis mouent, ſi etiam carnalis intercedit coniunctio; vt ſi patris, matris, cognatorum ſint ſpiritus: addo, etiam benefactorum quibus id officij genus impendere cogimur.

VIDETVR hic fuiſſe ſenſus religione ac doctrina præſtantium virorum à quibus plurima pro Animabus in Purgatorio luentibus inuenta ſunt, atque vſurpata ſubſidia, quibus tamen de peccatoribus vitam mortalem cum ipſis degentibus tanta non fuit cura. Mos eſt in ſacratis DEO familijs, vt vita functo è Socijs quocumque, nomen ipſius ſchedæ inſcriptum ad proxima domicilia, deinde ad propinquiores prouincias, tandemque in remotiſsimas orbis partes (ſi in Ordine communis ſit Antiſtes, & per mundum vniuerſum communicatio) deferatur: vt quam primum ſacrificia, ac preces fiant pro animæ liberatione, ſi fortaſſe in Pur-

gatorij

gatorij flammis detenta crucietur. Ita in Societate IESV per orbem vtrumque ſparſa, nomina etiam illorum, qui apud Iapones, ac Sinas decedunt, poſt mortem quantocius ad omnia Collegia transferuntur. Idem in Sodalitatibus B. Virginis DEI PARÆ receptum videmus: Nam ſi quis moriatur è Sodalium numero, eius nomen ad omnes Sodalitates confœderatas mittitur, & preces ex pacto poſtulantur.

POSSET id nuperum haberi, ac ſuperſtitiosè inuentum ab ijs, qui omnia velle nouare per calumniam dicuntur, niſi conſuetudinis minimè nouitiæ vetus ſupereſſet atteſtatio. Qui Antiquitates Fuldenſes euulgauit vir eruditus & facundus, Chriſtophorus Brovverus, epiſtolam laudat Cuſtodis Monaſterij principis, ante centum amplius annos ſcriptam ad Decanum Monaſterij S. Sixti in Holtzkircha, qui, cùm alia ei quæſita proponebat, quibus is eruditè reſpondit, tum præcipuè cognoſcere cupijt: quid muneris ac officij monaſte-

Hiſt. Fuld. lib 2. cap. 18.

rium principale defunctis impertiret?
„ Reſcribit itaque Cuſtos hoc inoleſſe
„ moris, vt, quem DEVS ex hac vita Sa-
„ cerdotem euocarit, huic Sacrificio
„ trino, vnoque Pſalterio iuſta perſolu-
„ ta cenſeantur. Qui ordinis illius ex-
„ ſors vixerit, ei ternis vigilijs, cum
„ pſalterio parentari. Porrò, nomen de-
„ functi in ephemeridem referri, vt in-
„ de exemptum aliquando veniat in no-
„ titiam eorum, quibuſcum ſit ſuffragi-
„ orum, atque orationum inita ſocietas.
„ Quippe, id moribus receptum anti-
„ quis, ſepténio quoque deſcripta ſche-
„ dis defunctorum nomina omnem in
„ partem traijci. Quo tempore Rotula-
„ rio id curæ mandatur, vt confœderata
„ monaſteria obeat: penes ſingula me-
„ moriæ, & officij cauſsâ defunctorum
„ titulos relinquat, pijſque ſuffragijs eo-
rum, pro fœderis icti ſanctimoniâ commendet.

ID verò Fuldæ ritus extitiſſe pecu-liare, vt, qui Monachus humanis ex-ceſsiſſet, ad funeris vſque triceſi-mam, ceu ſuperſtes itidem eſſet, cibi ſui demenſum acciperet: & portio

hæc,

hæc, ſiue præbenda, vt nuncupant, eius nomine, alicui intereà pauperi cederet. Hic verò pauper, ſiquidem viſus idoneus, & locū defuncti in triclinio occupabat, & vnà aſsidens, cibum cum Cænobitis capiebat: ita vt nec ſolitæ refectionis quicquam huic detrahi poſſet. Sin communis menſę capax non fuiſſet, extra cænationem præbebatur idem cibi modus. Addit huius ritus obſeruator; rem in memoriâ Patrum fuiſſe Fuldæ geſtam inſigni piaculo huius defunctorum manibus ſubductæ pietatis. Et digna eſt quæ multorum animis inſculpatur.

In magna mortalitate triginta ſimul ferè cænobitas morbi atrocitas abſtulerat. Hic Cellarius, penes quem adminiſtratio victus, indignans tantam ali quotidie pro defunctis pauperum turbam, præbendam imminui iubet, audetque accidere ſolitam agapen. Sed non diu impunè ſordes eas, an tranſgreſsionem tulit. Matutinæ horæ inuitabant hominem ad ſtata precum, & nocturnam pſalmodiam. Hæc dum numero petit, ob-

uios habet defunctos magno venerabilium Monachorum comitatu. Siſtunt euntem, & ad exedram piacularem, ſiue Capituli locum, cogunt diuertere. Hic veſte nudatum humi ſternunt (loquor cum veteri Scriptore) *& virgis ad ſanguinis copioſam effuſionem diſciplinantes, relinquunt ſeminanimem.* Abeuntium hæc vna, & minax oratio. *Quare ſubtraxiſti nobis portionem noſtram? Breui moriêre.* Et comminatio, prædictioque veracem illicò euentum habuit. Eâdem hiſtoriam primùm VVilhelmus Malmesbērienſis, prudens Angliæ Scriptor publicauit. Inde ex hoc Vincentius ſuo in Speculo, àd Annum Chriſti M.C.IV. retulit.

SED multo ante, tum Fuldæ, tum alibi obtinuit cõſuetudo, pro defunctis non domeſticoſum ſolùm, ſed exterorum etiam ſuffragia ac ſacrificia poſtulare. Diui Bonifacij Germaniæ Apoſtoli tempore ritu haud dubiè, à Patribus accepto, idem vſurpabatur. Ille in epiſtolis ſæpe ac ſeriò, preces & Miſſas petit pro mortuis Sodalibus ſuis, expreſſo eius, qui obierat, nomine.

ne. Epiſtola XXIV. *Similiter*, inquit, *vt pro dormientium Fratrum animabus, qui nobiſcum laborarunt in Domino, orationum adjuuamina, & Miſſarum ſolennia celebrare faciatis, rogamus: quorum nomina gerulus harum litterarum demonſtrabit.* Idem faciunt alij quam plurimi in epiſtolarum Sancti illius volumine. *Epiſ. 35. 36 70. 74. 76 77. 84.*

IN Synodo Bauaricâ, celebratâ ſub Taſsilone Bauariæ Duce, temporibus Caroli Magni, Anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, id eſt, ante annos plus quam octingentos hæc leguntur, titulo, *De collaudatione, quam Epiſcopi & Abbates in Baioaria inter ſe fecerunt pro defunctis fratribus.* In Chriſti nomine. *Vt eorum quiſ* (præmittuntur plura nomina) *de hac luce migrarit, vnuſquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum, vel Abbatum, pro defuncto in domo ſuâ epiſcopali, vel cœnobio, centum Miſſas ſpeciales, & eodẽ numero pſalteria cantare faciat Vel à religioſis ſibimet ſubiectis implere omninò pranotatum faciat numerum Presbyteris, ſiue Monachis, cùm de hoc ſaculo migrauerint. Epiſcopus, ſeu Abbas, vni Presbytero, vel vni Monacho triginta Miſſas Speciales, totidem pſalteria faciant celebrari.* *Henricus Caniſius edidit.*

His

His adde certo dierum recurrentium numero hebdomadariam & menſtruam, tum anniuerſariam in Domino quieſcentium animarum memoriam, in templis, minimè ſuperſtitioſam: imò, quotidianam in ſacrificio quolibet recordationem.

EST, ne quid ſimile, in tota, vel antiquitate, vel nouitate ad peccatorum liberationem inſtitutum? Profectò ſi quis Monachus, Eccleſiaſticus, Clericus, Sodalis grauiter delinquit, iuuatur quidem priuatim aliquorum precibus. Quod præſtatur etiam Turcis, Idololatris, Apoſtatis, capitaliſsimiſque Eccleſiæ ac religionis inimicis; ſed non indicuntur in toto monaſterio, multo minus in prouincia communes omnium ſupplicationes: non exiguntur longiſsimarum comprecationum penſa, & ſacrificiorum ſibi ſuccedentium ſubſidia, ſicut pro defunctis. Nomen delinquentis refertur fortaſſe in tabulas, ſed vt in Capitulo vapulet, vt in carcere pœnas luat, vt ſupplicio, & publicâ notâ reliquos terreat; non vt pro eo oretur.

Non

Non dantur, eius cauſâ, eleemoſy-næ: non celebratur ſeptima, trigeſima, annua commemoratio. Nimirum, viget inſita mortalium animis opinio, quæ auelli nequit à benè inſtitutis, in mortuorum ſubſidium impenſius, quàm in viuentium, qui ſui ſunt iuris, eſſe incumbendum.

QVAM Eccleſia approbare videtur, cuius inſtitutione, haud dubiè; diuini Spiritus inſtinctu, magna eſt in ſacrorum rituum libris, pro fidelium defunctorum è Purgatorio liberatione officiorū multitudo, ac diuerſitas. Vnus ipſis anno quolibet ſepoſitus eſt dies., quo omnis conditionis fideles, ſacri profanique ad eorum fauorem conſpirant: templa, altaria, ſacerdotes, cantus, ſuſpiria, gemitus ipſorum expiationi deſeruiunt. Ipſo ſtatim obitus, depoſitionis, ac funeris die ſacrâ hoſtia litatur, vt quam breuiſsimo tempore purgationem ſubeant. Canitur, recitatur-ue Defunctorum, vt vocamus, Officium. Tertio, ſeptimo, trigeſimo, propria, & ad dies annumerata liturgia iuuantur. Miſſæ Sacrifi-

crificium quotidianum ipſorum in gratiam conficitur.

An his paria frequentantur pro peccatoribus, qui plurimi inter nos degunt? Miſſale Romanum inſpicite, ac peruoluite, omnes Miſſarum formulas excutite, vnicam reperietis, cum inſcriptione, *Pro peccatis*. Sed tam rarò dici ſolitam, vt multos eſſe Sacerdotes opiner, qui cum triginta, aut pluribus annis ſacrificauerunt, nunquam tamen illis in mentem venerit, Miſſam *pro peccatis* dicere. Cùm tamen nemo reperiatur, vt arbitror, modò celebrandi conſuetudinem hahabeat, quem non vel obligatio, vel peitas ac deuotio inſtiget, vt aliquoties pro defunctis Miſſa ijs inſcripta ſacrificet. Et fortaſſe non deſunt (quod mirificè mihi probatur) qui quoties rem diuinã alio fine ex Præſulum præſcripto facere non tenentur, in animarum gratiam ſacrificant. Illud quoque à me eſt obſeruatum, totam illam *Pro peccatis* Miſſam, non tam dirigi ad peccatoris, miſeriam ſuam vel ignorantis, vel corrigere negligentis ſubſidi-

ſidium, quàm ad veniam ipſi celebranti impetrandam, & pœnæ condonationem obtinendam: vel alijs, quos delictorum pœnitet, & redeundi cum DEO in gratiam eſt animus.

QVID? quod cùm tot paſsim legantur, & tam variæ orationes, pro defunctis ſiue perſonas omnis conditionis, ſexus, dignitatis; ſiue temporis diuerſitatē ſpectes, ſintque quam plurimæ pro alijs neceſsitatibus; tamē nulla reperiatur, quæ ad meam notitiam peruenerit expreſſè *Pro peccatoribus.* Nam quæ *Pro remiſſione peccatorum* inſcribitur, & *Pro* publicè *pœnitentibus*, huc nō ſpectant. Quæ autē in veteri erat Miſſali, *Pro tribulatione peccatorū*, & ad hoc maximè faciebat, antiquata, in correcto codice omittitur. Tā ſedula eſt Mater noſtra Eccleſia pro defunctorum animabus deprecatrix, vt tota in eo occupata, aliorū penè curam ſe poſuiſſe videri poſsit, licet in omnium ſalutē promouendam incūbat ſedulò.

EADEM fuit aſsiduitas orandi, ſacrificandique pro Purgatorij hoſpitibus quorundam ab omni vir-

tute laudatiſsimorum virorum. Inter quos nominandus meritò S. Nicolaus Tolentinas. Erat hic in eremo Vallimauenſi iuxta Piſas, & cotidie celebrare ſacrum erāt ſolitus. Cùm autem nocte Dominicæ proximè ſequentis, quo die, pro hebdomadario, erat in ſummâ arâ facturus, paullulum obdormiſſet; ecce tibi Spiritus, qui non ſine eiulatu inuocat Nicolaum quieſcentem. Expreſſo enim nomine, vir DEI, clamabat, reſpice in me. Percunctanti quis eſſet? nomen edidit, addens, ſe purgatricibus flammis torqueri, ideòque ſubſidium petere, quod Sacrificio Miſſæ adferre poſſet. Excuſare primùm Nicolaus, quod fas non eſſe diceret, miniſterium impoſitum deſerere: muneris rationem haud pati, vt pro defunctis celebraret, ſolenni, ac dominico die. Inſtare Anima & obteſtari impenſius. Vt autem permoueret magis, duxit in campum, vbi ingentem vidit omnis generis turbam opem ipſius enixè implorantem.

Horum precibus adductus, mane

Præ-

Præſidi ſupplex factus eſt; petijtque poteſtatem ſibi fieri octiduo illo pro defunctis offerendi. Annuit Cœnobij Moderator. Sic ille totâ hebdomade, & ſacrificium pro defunctis obtulit, & diu noctuque multis cum lacrymis DEI miſericordiam implorauit. Quibus tantum profecit, vt iterum videndam ſe præbens Anima, gratias pro beneficio ageret, magnamque miſerorum partem diceret, eius beneficentiâ à pœnis liberatam in cælos euolaſſe.

NOVI ego Romæ quondam, qui Pontificis conceſsione, nullo intermiſſo totius anni die, pro animâ Cardinalis defuncti funebre ſacrum dicebat. Ad quod quam diu viueret reor fuiſſe obligatum.

ANNO MDLXXXIX. piè obijt *Ioannes Ximenius* Coadiutor Societatis IESV. De hoc refertur in vitâ Balthaſaris Aluarez, cum coram B. Virginis imagine mente reuolueret pœnas eorum, qui Purgatorij ignibus detinentur, audîtum ab eo eſſe iſtam vocem. *Et tu quoque eorum memineris.* Ad NOTÆ.

quam ipſe. *Id vero præſtabo Domine.* Quare deinceps omnia merita ſua ijs applicauit.

Quod, ſi non omnibus integrum eſt, nec conſultum ſibi quibuſdam videtur, nemo tamen è Sodalium numero reperiri deberet, qui non quotidie, memor Animarum in Purgatorio gementium, pio gemitu, oratione, & DEO gratis operibus, & pro cuiuſque facultate, eleemoſynâ, aliquid ijs ſubſid j adferre conaretur. Quod haud dubiè faceret quilibet, ſi animo recogitaret, & audiret mœſtiſsimas illas voces, quibus miſericordiam viuentium implorare quælibet ex ijs cogitari poteſt. *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus!*

Thren. 1.12

(.·.)

NOTÆ.

DIONYSIVS *Carthuſianus refert B. Gertrudem quicquid in ſuis operibus ſatisfactorium eſſet patientibus Animabus ingenti affectu addixiſſe. Verùm Sanctã Virginem cùm è vitâ diſcederet, ea cura nõ mediocriter angebat, ne cùm omnes per vitam actuum bonorum fructus alijs tradidiſſet, ipſa ſe ſpoliatam omnibus reperiret. Sed Chriſtus fruſtra ſolicitam ita ſolatus eſt:* Vt intelligas, quàm grata mihi fuerit caritas tua, quã erga Animas vſa es, remitto iam nunc omnes pœnas, quæ tibi eſſent ſubeundæ. Et qui pro vno ſpopondi centuplum, liberalitatem meam modò oſtendam tuamque gloriam cumulabo.

Lugduni duo SS. Theologiæ Doctores, cum ſuis non paucis diſcipulis, accuratè expenſis rationum momentis ex Tractatu de Purgatorio Ioannis Euſebij Nierembergij *vniuerſa totius vitæ ſatisfacientia opera patientibus Animabus obtulêre.* Libell. *Modus ſe citò ditandi.*

Thomas

Thomas Morus Angliæ Cancellarius & Martyr ſub noctem coactâ in vnum familia, cum alias preces, tùm Pſalmum De Profundis *pro Animabus recitabat.* Thomas Stapleton. in vita cap. 9 S. FRANCISCVS Xauier. *Indiarum Apoſtolus poſt Solis occaſum ipſemet Vrbem obiens, incolas tintinnabulo excitatos ſolenni carmine admonebat, vt pro cruciatis purgatorio igni Animis proque hominibus ſcelerum veterno ſopitis diuinam clementiam implorarent. Horatius Turſell. in vita lib. 2. cap. 17.*

In multis Italiæ locis, ſub noctem, datur pulſu campanæ templi ſignum omnibus recitandi Pſalmum De profundis *in ſolatium Animarum.*

Acerbiſſimis pœnis ſponte ſuſceptis DEVM *animabus propitium reddebat S. Ludgardis. Quare Maria Ogniacenſis diceri ſolita erat;* Sub cœlo neque fortior, neque conſtantior peccatorum & Animarum patrona, quàm Lutgardis. *Surius tomo 3. 16. Iun.*

Incredibile ferè ſunt quæ in ſubſidium Animarum in Purgatorio gementium peregit Chriſtina Mirabilis. Lege Surium tomo 3. 23. Iun.

B. FRANCISCVS BORGIA *ante initiam*

initam religionem cum in ægritudinem ardentiſſimam incidiſſet, & nouercali die intima quaque illius moleſto febriū igne æſtuarent, pia mentem tum pupugit meditatio ecquanam illos flamma torrerent qui purgante igne cum futuræ beatitudinis ſpe expiarentur. Pro his igitur ex illo tempore, & orare indies, & rem diuinam curare cœpit. Andreas Schottus *lib.1.c.5.*

Idem Prorex Gothalaniæ dum pro muneris ſui ratione complures ſicarios, qui Barcinonenſem agrum latrocinijs infeſtabant ad meritam necem damnaſſet, eorum interim vicem miſeratus, cùm ad ſupplicium raperentur ſacrificia pro ſingulis triginta fieri ſua are iuſſit. Idem in vita lib.1.cap.8.

FERDINANDVS II. Imperator maximè pius, in Animas quæ purgatorio igne torquentur commiſeratione tangebatur ſingulari. Quoties aliquem è notis audiuit viuis ceſſiſſe, quoties conflictum factum inaudijt, illicò pro illis, militibuſque catholicis ſuffragia & Sacra curauit, & ipſemet ardenter pro ijs DEVM orauit.

Huc ſpectat quod grandem habuerit catalogum mortuorum, pro quibus quotidie DEVM precabatur, Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum Catholicorum,

qui eius tempore vixerunt: Conſiliariorum item qui ei ſeruiebant, & dum viuerent, ſeruierant. Item, Confeſſariorum olim ſuorum. Et, quod magis mirere, priuatorum Religioſorum, quos amauit, & à quibus ſe dilectum fuiſſe exiſtimauit. Gulielmus Lamormaini lib. de Virtutib. Ferdinandi II. cap. 21.

SERMO VI.

An prudenter à mortalibus pœna pro peccatis in hac vita ſubeunda ad Purgatorium remittatur.

FACIMVS hodie ritu Chriſtiano, quem fides orthodoxa induxit, firmauit pietas, in amicorum gratiam, quorum Spiritibus pacem ſuppliciter poſcimus à Spirituum Domino: Quod nobis optabimus, mortalitate poſitâ, fieri ab amicis, dum felici ſorte, ſalutis ſecuri, in expiatricibus Purgatorij flammis, pœnis exercebimur, igneis induti culleis. quis ſcit quam diu? veterumque malorum ſupplicia expendentes ad libertatem anhela-

helabimus ſoliciti. Quam equidem felicem ſortem appello. Verum pleriſque è nobis ea obueniet ego ſanè ſecretorum diuinorum neſcius, planè ignoro. HOC adfirmare auſim, haud pauciſsimos eo magnis itineribus videri pergere, vnde negant redire quemquam: certè, vbi nulla eſt redemptio: vix vnum alterum ue ex millibus millium, niſi prius ignibus emaculentur à næuis animæ Cælitibus adſcribi: reliquos omnes in carceres ſubterraneos, vbi ineffabilibus modis torquentur fidelium bonorum Spiritus detrudi, ac detineri arctiſsimè, donec vel ſatisfiat Iuſtitiæ vindicatrici, vel Miſericordia mortalium votis fatigata ſubueniat.

ISTVD hodie noſtrarum eſt partium, pro ijs, quorum hæc, dum in terris nobiſcum agerent, erant nomina. Vnum excipio, quem extra ordinem pono, viuum adhuc (diutiſſimè vt ſit faxint Superi, quos eius rei gratia ſupplex appello.) SODALITATIS MARIANÆ Præfectum

nunquam non nobis nominandum, celebrandum ſemper. Serniſsime ac Reuerendiſſ. MAXIMILIANE HENRICE Princeps florentiſsime, multos annos, viridem ſenectã ac æternam memoriam felicitatemque precamur. Annuat ô! qui nutu dare poteſt.

Obierunt in Domino —— *Legitur Benefactorum catalogus.* ——

His omnibus, & ſi qui fortaſſe nomenclatorem latent.

Annua vota modò, ſollenneſque ordine pompas
Exequimur, ſtruimuſque ſacris altaria donis.

Eſſe pretium operæ huius intelligunt, qui, quanta ſit pænarum acerbitas ijs in locis, vbi animarum maculæ eluuntur, quique vim ſuffragiorum fide docti non ignorant: quibus etiam perſuaſum, quod à fide dignis accepimus, pænas Purgatorij in ſeculum ſæpe alterum, & quod excurrit, protrahi. Quæ omnia, & his adnexa, varijs commentationibus ſunt hoc eodem loco, & apud eoſdem auditores pertractata diligenter, vt non ſit neceſſe eadem repetere.

Quo

Quocirca illuſtrabimus alia quædam ad Purgatorium ſpectantia, nouo modo, tædij leuandi cauſsâ, quod parit rerum ſimilitudo. Et conſultationem Theologicam hodie inſtituemus, cuius reſponſis, nonnulla, quæ à Pietatis eruditæ candidatis ignorari minimè conuenit, illigabimus, adfectus pij nunquam immemores: Conſultationi ne à parænesi ſit diuerſa, præfigatur hoc lemma:

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

EIVS porro hæc fuit occaſio.

Malateſtæ Bibulo de ſuis criminibus, apud Virum æquè doctum ac pium, & in officijs conſcientiam concernentibus apprimè inſtructum confeſſo pænitentia imponebatur, non tam ex rigore Canonum, ac iuſtitiæ præſcripto grauis & acerba, quam benignitate Præſidis ſpiritualis, temperata, ac leuis. Ille tamen, vt erat ingenio praeferoci, & agreſti, tergiuerſari primùm, ſed friuolis ex cauſsis: tum deprecari, ſed irrito conatu, Confeſſario, patrem, ſimulque iudicem agente:

tandem recuſare omninò cœpit; abſolutionem ſacramentalem nihilominus pertinaciter flagitans; ſibique deberi contendens: quod diceret, nolle ſe pro pœna temporali hac in vita ſatisfacere; ſed in Purgatorium remittere, quicquid perferendum ſit: ibi ſe ſtare velle DEI iudicio, & quodlibet ſibi irrogandum ſupplicium luere: hoc ſatius videri quam modò neceſſarijs ſe ſatisfactionis piaculis ſubijcere.

EA de re conſultus, non ſine ſtomacho condemnaui hominem, vel argui potius intolerabilis inſcitiæ, & non ferendæ væcordiæ, ac imprudentiæ ſingularis. Inſcitiam illud prodit imprimis, quod opinetur, eum, qui in Sacramento pœnitentiæ petit à Sacerdote, beneficio Chriſtianis conceſſo, à peccatis abſolui, ac animę ſuę vulneribus mederi, poſſe pœnam, quæ ſibi claue non errante ab illo indicitur, recuſare aut admiſſam ſemel non dependere, quod in Purgatorio expiari magis placeat. Quam opinationē cum generalium Conciliorum Sanctionibus; cum magno-

magnorum Theologorum auctoritate, cum ratione mirè pugnantem, & poſt Synodum Tridétinam plenam periculi ſentiunt, qui aliquid in conſcientiæ foro ſapiunt.

Contrarium verò, nempe, Confeſſarium poſſe obligare pœnitentem, vt ſatisfactionem acceptet, atque impleat; proindeque illum cogi pœnam impoſitam pei ſoluere, tam certū eſſe hoc tempore, definit nominatiſsimus, doctiſsimuſque Theologus Franciſcus Suarez tom. v. in tertiam partem S. Thomas diſputatione XXXVIII. Sectione VII. concluſione I. vt ſine temeritate negari non poſsit. Nam ferè apertè id definiuit Contilium Tridentinum: adeò vt magnus in Theologiâ Magiſter Franciſcus Victoria exiſtimauerit, illvd eſſe de ſide. Colligitur ex verbis Leonis Papæ, epiſtola LXXXX. IX. alijs XCI. & habetur in cap. *Multiplex* de Pœnitent. diſtinct. I. & Concilio Saleguſtadienſi capit. XVIII. in tomo tertio Conciliorum: *Multi*, dicitur ibi, *tanta falluntur ſtultitia*, *vt*

capitali crimine culpati pœnitentiam à ſuis ſacerdotibus acceptare nolint.

Concilium Lateranenſe, cui præfuit Innocentuis III. mandat, vt liquet ex Cap. *Omnis vtriuſque, de pænit. & remiſſ.* vt quilibet vtriuſque ſexus fidelis, qui doli eſt capax, ſingulis annis ſemel ſaltem proprio Sacerdoti confiteatur omnia peccata in Paſchate, & Euchariſtiam ſumat, ac iniunctam pœnitentiam proprijs viribus adimpleat. Quid autem tria illa, confiteri, ſuſcipere, adimplere, aliud, quàm eius qui confitetur neceſſaria officia indicant?

Non conuincis, inquis, hoc teſtimonio peruicacem. ita & ego opinor. Addatur igitur Lateranenſe aliud, cui Leo x. præſedit. In hoc præcipitur, vt qui DEVM, Diuoſque contumelioſis verbis inſectantur, à blaſphemia in foro conſcientiæ abſolui non poſsint, niſi (Verba ſunt concilij) grauiſsima pœnitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta. Sed reus blaſphemiæ Sacerdotis abſolutionem abſque ſcelere contemnere nequit. Ergo nec ſatisfactio-

ctionem, aut pænitentiam impoſitam. Bona eſt haud dubiè iſta collectio, Quam munit Concilium Florentinum vbi præcipit de Sacramento pænitentiæ hunc in modum: *Pars pœnitentiæ ſatisfactio eſt ſecundum arbitrium Sacerdotis.* At quæ concernunt doctrinam Sacramentorum, ac rationem quemadmodũ à Chriſto ſunt inſtituta ac tradita, nó ad liberam cuiuſque voluntatem, ſed ad neceſsitatem, & obligantem legem referuntur, vt immutare, aut imminuere quicquam planè ſit inconceſſum, ac nefarium.

SED rem planè conficit Concilium Tridentinum, cuius verba, vt opinor, facultatẽ ſentiendi contrarium planè tollit. Nã in ſeſsione XIV. cap. 8 quod eſt de ſatisfactionis neceſsitate & fructu hunc in modum præſcribit. *Debent Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus & prudentia ſuggeſſerit pro qualitate criminum & pœnitentium facultate ſalutares, & conuenientes ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſsima quadam opera pro grauiſsimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio, quam impo-*

ponunt , *non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum; ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem. Nam claues Sacerdotum non ad ſoluẽdum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas etiam antiqui Patres & credunt, & docent* Canone autem XV. ita definit: *Si quis dicerit, Claues Eccleſiæ eſſe datas tantùm ad ſoluendum, non etiam ad ligandum: & propterea Sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra inſtitutionem Chriſti, anathema ſit.* Ex quo Canone ſic licet argumentari; Finis Clauium, ac Chriſti inſtitutio id exigit, vt pœnitentibus pœnæ in Sacramento imponantur. Itaque hunc finem, atque hanc Chriſti inſtitutionem peruertere, nec Sacerdoti, nec pœnitenti, nec vlli poteſtati humanæ permiſſum eſt.

Hic fuit ſenſus magnorum in Theologia Magiſtrorum, quorum auctoritas plurimum in hac re valere debet.

Richardus de S. Victore, cuius dicta Magiſtralia appellat S. Thomas in tractatu de poteſtate ligandi & ſoluendi cap. 8. ſic habet; *Pœnitentium*

tem à debito damnationis DEVS *abſoluit ſub tali conditione, vt eum oporteat, prout poteſt Sacerdotis abſolutionem quærere; & ad eius arbitrium, debito more ſatisfacere. Nam ſi ſatisfacere neglexerit periculum æternum non euadit.* Quæ ſignificant, pœnitentem lege neceſſariò cogi ad ſatisfactionem Sacerdotis arbitrio deſignatam.

Magiſter Sententiarum idem planè indicat in 4. diſtinct. 18. ac S. Thomas ibidem, & in Additionibus quæſt. 18. art. 3. & in 3. parte quæſt. 80. art. 2. vbi ſic ſcribit. *Requiritur ex parte pœnitentis, Primò quidem voluntas compenſandi, quod fit per contritionem.* Secundò, *quod ſe ſubijciat arbitrio Sacerdotis, loco DEI, quod fit per confeſſionem* Tertiò, *quod recompenſet, ſecundum arbitrium miniſtri DEI, quod fit per ſatisfactionem. Et ideò contritio, confeſsio, ſatisfactio ponuntur partes Pœnitentiæ.* Idem S. Doctor in 4. diſt. 16. *Recompenſatio*, inquit, *pœnitentiæ tribus gradibus perficitur; quorum* Primus *eſt diſplicentia culpæ præteritæ: aliàs non ſponte ad ſatisfactionem accederet, & hoc per*

contritionem perficitur. Secundus *eſt, ut culpas ſuas notificet DEO per Sacerdotem, aliàs non ſe ad recompenſationem ſecundum arbitrium eius in quem peccauit offerret; & quantum ad hoc, eſt confeſsio.* Tertius *eſt, ut compenſet DEO ſecundum arbitrium Sacerdotis, & ad hoc eſt ſatisfactio.*

Clariſsima etiam ſunt illa in diſt. 17. q. 3. art. 3. q'la. 4 *Cùm Sacerdos non abſoluat, niſi ligando ad aliquid faciendum, ille ſolus poteſt abſoluere, qui poteſt per imperium ad aliquid faciendum obligare.*

Item 2. 2. q. 67. art. 1. docet ſententiam iudicis eſſe veluti legem ad ſingulare factum admotam. Vt autem lex generalis vim habet cogendi, ita ſententia iudicis vim habere debet coactiuam, alioqui iudicium non eſſet efficax. Tandem in 4. diſt. 19. q. 1. art. 1. agens de clauibus: Iudicium, inquit, dici non poteſt, niſi vim coactiuam habeat. Iudicium autem exercet, dum ſententiam fert in tribunali pœnitentiæ confeſſarius.

Eiuſdem ſententiæ eſt Alenſis 4. p. ſum. q. 24. mem. 4. art. 5. Durandus in 4. d. 20. q. 1. & 2. Richardus in 4. d. 18. ar. 1. q. 5. Paludan. in 4. diſt. 20.

q. 1. ar.

q.1.ar.2.& q.2.art.3.& quæſt.1.art.2. adfirmat quemlibet Chriſtianum ad ſatisfaciendum cogi arbitrio Petri. Conſentit Maior in 4.diſt. 17. quæſt. 2. Almainus diſt. 18. q. 1.art.2. vbi adfirmat hanc eſſe opinionem antiquorum. Franciſcus Victoria quæſito 209. Dom.Sot.in 4. diſt.20 q.2.art.2. Melchior Canus 5. par. relect.de pænit. Petrus Soto lect.2.de pænit. Ledeſma 2.4.q.20,art.3. Roffenſis art. 5. contra Lutherum. Suarez.tom.4.in 3.p. diſt. 38.ſect.7. Tapperus articulo 3. denique, qui omitti nullo modo debuit B. Antoninus 3.p.tit.18.ca.19.§.19. quàm denſa hæc teſtium eſt nubes?

IDEM verò firmiſsimis rationibus ſtabilitur. Aliquas adferamus. Prima eſt. Sacramentum pænitentiæ eſt Sacramentum iuriſdictionis, de quo dubitare non licet: Hinc eſt, quod non quilibet Sacerdos ius dicere queat in hoc tribunali; ſed is duntaxat, qui ad poteſtatem ordinis adiunctam habet poteſtatem iuriſdictionis. At iuriſdictio ſine coërcitione nulla eſt, vt paſſim Iuriſ-conſulti docent: & conſtat

ex ff.de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio l.poſt rema,& cap.Paſtoralis de officio Iudicis delegati. Itaque ſi Sacramento pænitentiæ iuriſdictione vtitur, neceſſarium eſt,vt habeat vim puniendi,ac coërcendi.

Huic adfinis eſt altera, aut potius ſuperioris confirmatio: Nemo mediocriter verſatus in fidei Chriſtianæ arcanis negarit,Sacramentalem abſolutionem Sacerdotis eſſe actum iudicialem. quod clarum eſt ex Canone IX. ſeſſ.XIV.Concilij Trident.At ſententia iudicialis ferri non poteſt,vel vt loquitur S.Thomas in 4.diſt.19.q.1.art.1.iudicium dari nequit,niſi vim coactiuam habeat.Quare Sacerdos cogere poteſt ad pœnam ſuſcipiendam ac ferendam. Et nonne ciuilium capitalium que cauſſarum iudices à ſeculi Principibus dati imperio cogere poſſunt reos ad præſtanda ea, quæ ſententiæ æquitas poſtulat?& id negetur ſacrarum cõfeſsionum iudici,qui DEI perſonam ſuſtinet,& in eo iudicio, in quo de ſumma rerum agitur?

Sic etiã licet arguere.Nemo ſibi eſt

iudex, aut ius ſibi dicere debet. In re enim propria, inquit lex, iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ, L. vnica Cod. *ne quis in ſua cauſſa iudicet*. An non igitur iniquum reputari debet, in iudicio, quo à pœnitente pœna iuſte repetitur, eius auctoritate, qui, vt DEI Vicarius, tribunal occupat, reum ſpretâ iudicis ſententiâ, ſuo arbitrio punitionem metiri velle, & de loco illius, ac tempore decernere?

Nec parum roboris habet iſta ratio. Confeſſarius tenetur ſatisfactionem imponere pœnitenti. Itaque pœnitens tenetur illam acceptare. Tum quia cum vterque concurrat ad Sacramentum, vterque tenetur integritatem illius ſeruare. Tum quia alioquin ad modum inefficax eſſet poteſtas Sacerdotis vindicatiua, quam tamen Chriſtus præcipuam eſſe voluit.

Videtur etiam ſpecies iniuſtitiæ ac defraudationis in Purgatorum reijcere pœnam peccatis debitam. Siquidem in purgatorio non viuit totus

homo,

nunquam non nobis nominandum, celebrandum ſemper. Serniſsime ac Reuerendiſſ. MAXIMILIANE HENRICE Princeps florentiſsime, multos annos, viridem ſenectã ac æternam memoriam felicitatemque precamur. Annuat ô! qui nutu dare poteſt.

Obierunt in Domino —— *Legitur Benefactorum catalogus.* ———

11. His omnibus, & ſi qui fortaſſe nomenclatorem latent.

Annua vota modò, ſollenneſque ordine pompas,
Exequimur, ſtruimuſque ſacris altaria donis.

Eſſe pretium operæ huius intelligunt, qui, quanta ſit pœnarum acerbitas ijs in locis, vbi animarum maculæ eluuntur, quique vim ſuffragiorum fide docti non ignorant: quibus etiam perſuaſum, quod à fide dignis accepimus, pænas Purgatorij in ſeculum ſæpe alterum, & quod excurrit, protrahi. Quæ omnia, & his adnexa, varijs commentationibus ſunt hoc eodem loco, & apud eoſdem auditores pertractata diligenter, vt non ſit neceſſe eadem repetere.

Quocirca illuſtrabimus alia quædam ad Purgatorium ſpectantia, nouo modo, tædij leuandi cauſsâ, quod parit rerum ſimilitudo. Et conſultationem Theologicam hodie inſtituemus, cuius reſponſis, nonnulla, quæ à Pietatis eruditæ candidatis ignorari minimè conuenit, illigabimus, adfectus pij nunquam immemores. Conſultationi ne à paræneſi ſit diuerſa, præfigatur hoc lemma:

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

EIVS porro hæc fuit occaſio.

Malateſtæ Bibulo de ſuis criminibus, apud Virum æquè doctum ac pium, & in officijs conſcientiam concernentibus apprimè inſtructum confeſſo pænitentia imponebatur, non tam ex rigore Canonum, ac iuſtitiæ præſcripto grauis & acerba, quam benignitate Præſidis ſpiritualis, temperata, ac leuis. Ille tamen, vt erat ingenio praferoci, & agreſti, tergiuerſari primùm, ſed friuolis ex cauſsis: tum deprecari, ſed irrito conatu, Confeſſario, patrem, ſimulque iudicem agente:

tandem recuſare omninò cœpit; abſolutionem ſacramentalem nihilominus pertinaciter flagitans; ſibique deberi contendens: quod diceret, nolle ſe pro pœna temporali hac in vita ſatisfacere; ſed in Purgatorium remittere, quicquid perferendum ſit: ibi ſe ſtare velle DEI iudicio, & quodlibet ſibi irrogandum ſupplicium luere: hoc ſatius videri quam modò neceſſarijs ſe ſatisfactionis piaculis ſubijcere.

EA de re conſultus, non ſine ſtomacho condemnaui hominem, vel argui potius intolerabilis inſcitiæ, & non ferendæ væcordiæ, ac imprudentiæ ſingularis. Inſcitiam illud prodit imprimis, quod opinetur, eum, qui in Sacramento pœnitentiæ petit à Sacerdote, beneficio Chriſtianis conceſſo, à peccatis abſolui, ac animę ſuę vulneribus mederi, poſſe pœnam, quæ ſibi claue non errante ab illo indicitur, recuſare aut admiſſam ſemel non dependere, quod in Purgatorio expiari magis placeat. Quam opinationē cum generalium Conciliorum Sanctionibus; cum

magno-

magnorum Theologorum auctoritate,cum ratione mirè pugnantem, & poſt Synodum Tridétinam plenam periculi ſentiunt, qui aliquid in conſcientiæ foro ſapiunt.

Contrarium verò, nempe,Confeſſarium poſſe obligare pœnitentem,vt ſatisfactionem acceptet, atque impleat;proindeque illum cogi pœnam impoſitam per ſoluere,tam certũ eſſe hoc tempore,definit nominatiſsimus,doctiſsimuſque Theologus Franciſcus Suarez tom. v. in tertiam partem S. Thomas diſputatione XXXVIII. Sectione VII. concluſione I. vt ſine temeritate negari non poſsit. Nam ferè apertè id definiuit Contilium Tridentinum:adeò vt magnus in Theologiâ Magiſter Franciſcus Victoria exiſtimauerit, illud eſſe de ſide. Colligitur ex verbis Leonis Papæ, epiſtola LXXXX. IX. alijs XCI. & habetur in cap. *Multiplex* de Pœnitent. diſtinct. I. & Concilio Saleguſtadienſi capit. XVIII. in tomo tertio Conciliorum: *Multi*, dicitur ibi, *tanta falluntur ſtultitia*, *vt*

capitali crimine culpati pænitentiam à ſuis ſacerdotibus acceptare nolint.

Concilium Lateranenſe, cui præfuit Innocentuis III. mandat, vt liquet ex Cap. *Omnis vtriuſque, de pænit. & remiſſ.* vt quilibet vtriuſque ſexus fidelis, qui doli eſt capax, ſingulis annis ſemel ſaltem proprio Sacerdoti confiteatur omnia peccata in Paſchate, & Euchariſtiam ſumat, ac iniunctam pænitentiam proprijs viribus adimpleat. Quid autem tria illa, confiteri, ſuſcipere, adimplere, aliud, quàm eius qui confitetur neceſſaria officia indicant?

Non conuincis, inquis, hoc teſtimonio peruicacem. ita & ego opinor. Addatur igitur Lateranenſe aliud, cui Leo x. præſedit. In hoc præcipitur, vt qui DEVM, Diuoſque contumelióſis verbis inſectantur, à blaſphemia in foro conſcièntiæ abſolui non poſsint, niſi (Verba ſunt concilij) grauiſsima pænitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta. Sed reus blaſphemiæ Sacerdotis abſolutionem abſque ſcelere contemnere nequit. Ergo nec ſatisfactio-

ctionem, aut pœnitentiam impoſitam. Bona eſt haud dubiè iſta collectio, Quam munit Concilium Florentinum vbi præcipit de Sacramento pœnitentiæ hunc in modum: *Pars pœnitentiæ ſatisfactio eſt ſecundum arbitrium Sacerdotis.* At quæ concernunt doctrinam Sacramentorum, ac rationem quemadmodū à Chriſto ſunt inſtituta ac tradita, nō ad liberam cuiuſque voluntatem, ſed ad neceſsitatem, & obligantem legem referuntur, vt immutare, aut imminuere quicquam planè ſit inconceſſum, ac nefarium.

SED rem planè conficit Concilium Tridentinum, cuius verba, vt opinor, facultatē ſentiendi contrarium planè tollit. Nā in ſeſsione XIV. cap. 8 quod eſt de ſatisfactionis neceſsitate & fructu hunc in modum præſcribit. *Debent Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus & prudentia ſuggeſſerit pro qualitate criminum & pœnitentium facultate ſalutares, & conuenientes ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſsima quadam opera pro grauiſsimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio, quam impo-*

ponunt, *non ſit tantum ad noua vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum; ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem. Nam claues Sacerdotum non ad ſoluẽdum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas etiam antiqui Patres & credunt, & docent* Canone autem XV. ita definit: *Si quis dicerit, Claues Eccleſiæ eſſe datas tantùm ad ſoluendum, non etiam ad ligandum: & propterea Sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra inſtitutionem Chriſti, anathema ſit.* Ex quo Canone ſic licet argumentar: Finis Clauium, ac Chriſti inſtitutio id exigit, vt pœnitentibus pœnæ in Sacramento imponantur. Itaque hunc finem, atque hanc Chriſti inſtitutionem peruertere, nec Sacerdoti, nec pœnitenti, nec vlli poteſtati humanæ permiſſum eſt.

HIC fuit ſenſus magnorum in Theologia Magiſtrorum, quorum auctoritas plurimum in hac re valere debet.

Richardus de S. Victore, cuius dicta Magiſtralia appellat S. Thomas in tractatu de poteſtate ligandi & ſoluendi cap. 8. ſic habet; *Pœnitentum*

tum

tem à debito damnationis DEVS abſoluit ſub tali conditione, vt eum oporteat, prout poteſt Sacerdotis abſolutionem quærere; & ad eius arbitrium, debito more ſatisfacere. Nam ſi ſatisfacere neglexerit periculum æternum non euadit. Quæ ſignificant, pœnitentem lege neceſſariò cogi ad ſatisfactionem Sacerdotis arbitrio deſignatam.

Magiſter Sententiarum idem planè indicat in 4. diſtinct. 18. ac S. Thomas ibidem, & in Additionibus quæſt. 18. art. 3. & in 3. parte quæſt. 80. art. 2. vbi ſic ſcribit. *Requiritur ex parte pœnitentis, Primò quidem voluntas compenſandi, quod fit per contritionem.* Secundò, *quod ſe ſubijciat arbitrio Sacerdotis, loco DEI, quod fit per confeſſionem* Tertiò, *quod recompenſet, ſecundum arbitrium miniſtri DEI, quod fit per ſatisfactionem. Et ideò contritio, confeſsio, ſatisfactio ponuntur partes Pœnitentiæ.* Idem S. Doctor in 4. diſt. 16. *Recompenſatio*, inquit, *pœnitentiæ tribus gradibus perficitur; quorum* Primus *eſt diſplicentia culpæ præteritæ: aliàs non ſponte ad ſatisfactionem accederet, & hoc per*

contritionem perficitur. Secundus *eſt, vt culpas ſuas notificet DEO per Sacerdotem, alias non ſe ad recompenſationem ſecundum arbitrium eius in quem peccauit offerret; & quantum ad hoc, eſt confeſsio.* Tertius *eſt, vt compenſet DEO ſecundum arbitrium Sacerdotis, & ad hoc eſt ſatisfactio.*

Clariſsima etiam ſunt illa in diſt. 17.q.3.ait.3.qla.4 *Cum Sacerdos non abſoluat, niſi ligando ad aliquid faciendum, ille ſolus poteſt abſoluere: qui poteſt per imperium ad aliquid faciendum obligare.*

Item 2.2.q.67.art.1.docet ſententiam iudicis eſſe veluti legem ad ſingulare factum admotam. Vt autem lex generalis vim habet cogendi, ita ſententia iudicis vim habere debet coactiuam, alioqui iudicium non eſſet efficax. Tandem in 4.diſt.19.q.1.art.1. agens de clauibus: Iudicium, inquit, dici non poteſt, niſi vim coactiuam habeat. Iudicium autem exercet, dum ſententiam fert in tribunali pœnitentiæ confeſſarris.

Eiuſdem ſententiæ eſt Alenſis 4.p. ſum.q.24. mem. 4. ait. 5. Durandus in 4. d. 20. q. 1. & 2. Richardus in 4. d. 18.ar.1. q.5. Paludan. in 4.diſt.20.

q.1.ar.

q. 1. ar. 2. & q. 2. art. 3. & quæſt. 1. art. 2. adfirmat quemlibet Chriſtianum ad ſatisfaciendum cogi arbitrio Petri. Conſentit Maior in 4. diſt. 17. quæſt. 2. Almainus diſt. 18. q. 1. art. 2. vbi adfirmat hanc eſſe opinionem antiquorum. Franciſcus Victoria quæſito 209. Dom. Soto in 4. diſt. 20 q. 2. art. 2. Melchior Canus 5. par. relect. de pænit. Petrus Soto lect. 2. de pænit. Ledeſma 2. 4. q. 20. art. 3. Roffenſis art. 5. contra Lutherum. Suarez. tom. 4. in 3. p. diſt. 38. ſect. 7. Tapperus articulo 3. denique, qui omitti nullo modo debuit B. Antoninus 3. p. tit. 18. ca. 19. §. 19. quàm denſa hæc teſtium eſt nubes?

IDEM verò firmiſsimis rationibus ſtabilitur. Aliquas adferamus. Prima eſt. Sacramentum pænitentiæ eſt Sacramentum iuriſdictionis, de quo dubitare non licet: Hinc eſt, quod non quilibet Sacerdos ius dicere queat in hoc tribunali; ſed is duntaxat, qui ad poteſtatem ordinis adiunctam habet poteſtatem iuriſdictionis. At iuriſdictio ſine coërcitione nulla eſt, vt paſſim Iuriſ-conſulti docent: & conſtat

ex ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio l. poſtrema, & cap. Paſtoralis de officio Iudicis delegati. Itaque ſi Sacramento pœnitentiæ iuriſdictione vtitur, neceſſarium eſt, vt habeat vim puniendi, ac coërcendi.

Huic adfinis eſt altera, aut potius ſuperioris confirmatio. Nemo mediocriter verſatus in fidei Chriſtianæ arcanis negarit, Sacramentalem abſolutionem Sacerdotis eſſe actum iudicialem. quod clarum eſt ex Canone IX. ſeſſ. XIV. Concilij Trident. At ſententia iudicialis ferri non poteſt, vel vt loquitur S. Thomas in 4. diſt. 19. q. 1. art. 1. iudicium dari nequit, niſi vim coactiuam habeat. Quare Sacerdos cogere poteſt ad pœnam ſuſcipiendam ac ferendam. Et nonne ciuilium capitaliumque cauſſarum iudices à ſeculi Principibus dati imperio cogere poſſunt reos ad præſtanda ea, quæ ſententiæ æquitas poſtulat? & id negetur ſacrarum cōfeſsionum iudici, qui DEI perſonam ſuſtinet, & in eo iudicio, in quo de ſumma rerum agitur?

Sic etiā licet arguere. Nemo ſibi eſt

iudex, aut ius ſibi dicere debet. In re enim propria, inquit lex, iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ, L. vnica Cod. *ne quis in ſua cauſſa iudicet.* An non igitur iniquum reputari debet, in iudicio, quo à pænitente pæna iuſte repetitur, eius auctoritate, qui, vt DEI Vicarius, tribunal occupat, reum ſpretâ iudicis ſententiâ, ſuo arbitrio punitionem metiri velle, & de loco illius, ac tempore decernere?

Nec parum roboris habet iſta ratio. Confeſſarius tenetur ſatisfactionem imponere pænitenti. Itaque pænitens tenetur illam acceptare. Tum quia cum vterque concurrat ad Sacramentum, vterque tenetur integritatem illius ſeruare. Tum quia alioquin ad modum inefficax eſſet poteſtas Sacerdotis vindicatiua, quam tamen Chriſtus præcipuam eſſe voluit.

Videtur etiam ſpecies iniuſtitiæ ac defraudationis in Purgatorum reijcere pænam peccatis debitam. Siquidem in purgatorio non viuit totus homo,

homo, qui Deum offendit, ſed anima tantum. Totus autem homo offendens DEVM iniuriæ factæ pænas debet luere: ſicut toti homini deſtinatum fuit Sacramentum pænitentiæ. Itaque in hac vita pænam ac ſatisfactionem DEO dare ac ſubire debet. Et ſanè ſatisfactio illa, quam in Purgatorio DEO præſtat multum differt ab eâ quam DEVS in Sacramento pænitentiæ à toto homine exigit. Addamus, quod ſicut in Purgatorio ſatisfacit anima ad arbitrium DEI, ita in hac vita voluit totum hominem ſatisfacere ad arbitrium Sacerdotis. Denique, Sacramentum pænitentiæ conſtat eſſentia & integritate, atque vtrumque habet à Chriſto, & vtrumque eſt iuris diuini. Integritatis autem pars eſt ſatisfactio, quamuis eſſentiam non ingrediatur. Itaque non eſt in poteſtate hominis ſatisfactionem nō ſuſcipere. Nam violaret integritatem Sacramenti. Ergo non licet pænitenti pænam ſibi iniunctam aut debitam in alteram vitam reijcere.

SED detur tibi, quod non eſt hu-

manæ poteſtatis concedere, fas eſſe, neglecto Sacerdotis ſatisfactionem præcipientis imperio pænam omnem temporariam alteri vitæ reſeruare, & Purgatorij cruciatus præeligere, nemo, niſi planè ſit delirus & rerum alterius vitæ ignarus hos illi prætulerit, quod è duobus principijs, quæ omnium calculis comprobantur, manifeſtum faciam.

Vnum ſuggerit Philoſophia moralis. Sapientis eſt è duobus malis, cum vtrumque euitari non poteſt, illud, quod eſt minus arripere. Eius non obſcura veſtigia cernuntur in omni rerum genere, ac primò in ſenſu animaque carentibus. Maius malum eſt vniuerſo, eiuſque partibus inane, quàm ignem deſcendere, aquam ſurſum niti, aërem rariſsimum reddi, terram in exhalationes fatiſcere. Sit vacui periculum in follibus, tubis, dolijs. Eligit natura, quod minus malum: ruit ad inferiora ignis, aſcendit aqua, extenuatur aër, terra reſoluitur. Manifeſtius id inanimantibus deprehẽdes, quibus cum malorum maximum ſit

inte-

interitus, quidlibet præ hoc eligunt. Quod ſi alicui vt minus malum mors videtur, in mortem ruit, ne in maius malum incurrat. Sic mus Armenius, aut Ponticus fame vel ſiti prius occumbit libens vel à venatoribus ſe capi ſinit, quam luto ſordibuſque quibus cingitur, candidiſsimam pelliculam & elegantem patiatur defædari. Hinc illud. *Mori malo, quàm fœdari.*

Plin. lib. 8. cap. 38. Pier. lib. 13. hierog. Ioach Camera in Symb. 81. Claud.

Nempe mori ſatius, vita quàm ferre pudorem.

Peius eſt profectò caput quàm manũ lædi: idcirco, ſi petatur caput, quis non manum obijcit? Animalia id norunt rationis expertia, quibus caput abſcondere in diſcrimine vſitatum, tam ſtolidè nõnunquam, vt reliquum tunc corpus, quamuis expoſitum telo, in tuto locatum exiſtiment.

Hominibus maior eſt prouidentia, certè in rebus corpus cõcernentibus. Quis non vſtionem admittit ne gangræna ſerpat? Lapillus in renibus ſectionem impetrat, quia minus malum cenſetur breuis, quàm longus dolor.

dolor. Iaces in lecto paraylſi ligatus arctius, quam funibus: nulla voluptas te inde eripiet: inuadat cubiculum flamma, arrepat ad lectum ignis vorax, & minetur iacenti, exilies reor, vt à quodam factum, cui inde ſalus. nimirum, maius malum mors, quàm vitæ eſt cruciatus.

Similis eſt electio ſapientis dum mala externa cum internis, animæ cum corporis, æterna cum temporarijs confligunt. Malum eſt, nominis iacturâ pati. quid ſi accedat certa mors, malorum cumulus? peius tamen eſt, Numinis offenſionem incurrere. quid eligis? Audi mulierem ſapientem: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras* (hominum) *quàm peccare in conſpectu DEI Domini.* Daniel. XIII. 23. Tentat te domina Caro Putipharis vxor, allicit, arripit, raptat, ſed pallio tenus, quo circumdatus. niſi obſequaris, infamia, paupertas, carcer, fors etiam laqueus te manet, magnum malum; ſed quo maius eſt vetita libido. Quid moraris? minus eſt eligendum ſi ſapis. fuge. accuſet meretricula,

tricula, condemnet Putiphar, ſuſcipiat carcer, detineant compedes. eripiet DEVS.

Deliquiſti in leges. obtorto collo duceris. ſiſtis te iudici. audis ſententiam: obnubito, infelici arbori ſuſpendito. ſupernè putreſcat, aut in rota alitibus ſit eſca. defertur ad Principem iudicium: mitigat pœnam, dat aliquid nobilitati generis, antiquis obſequijs, amicorum precibus: optionem permittit gladij, reſtis, ſepulchri: amens ſit ac furioſus, eoque furca dignus, qui furcam eligat. nimirum, maius malum.

Accuſatur quiſpiam damnatæ ſuperſtitionis, & vetitarum artium. examinatur, cõuincitur, adiudicatur igni. traditus carnifici, ducitur, comportantur ligna, aggeruntur in ſtruem. rogus ardet. Fit gratia miſero. Eodem in loco flammis ex vna parte crepitantibus pyra pingitur tam fabrè, vt ignis videatur, ſed fallit oculus, nec ignorat id reus, aut iudex, quem iuuat ludere. Fit poteſtas malefico eligendi quod malit, verum, an pictum

ignem:

gnem: illum antehabere eſt animus. ꝫxplicatur illi ſupplicij grauitas, atrocitas, diuturnitas, nihil agis. ille verū ignē deſtinatò præ eligit. Pictus ille puerorū ſit, inquit, in ignē verum cōjciendum ſe tradit. Inſane, demens, furioſe quo ruis? perpende quid eligas? conſidera factam tibi gratiam. fruſtra hæc occinis. Nam in hoc ipſo de ſapientia ſua ſibi blanditur. Ignem Purgatorj noſtris collatum cruciatibus, eſſe vt verum picto oppoſitum ſapientū vox eſt. nihil addo. ſtultitiam quorumdam miror.

Riſimus ſcurram neſcio quem, qui cùm denudato tergo, carnifice virgatore inſequente horrendum in modum flagris concideretur, longumque iter, donec metam attingeret, ſupereſſe non ignoraret, poſſet autem etiam properare, ille grauiſsimi viri æmulatus greſſum, teſtudineo planè gradu; ac ſi ſponſus ad templum progrederetur, itabat. Aurem vellicante ſocio, illudque inſuſurrante, ecquid moraris? cur non properas? currendum eſſet, tametſi claudo, tu benè à

pedi-

pedibus, à tergo tam malè, ſubſiſtiſſ ille conuerſo ad ſodalem vultu grauitate quadam incredibili. pulſabatur interim dirißimè à carnifice; heus, inquiebat, ſocienne, tua cum res agetur, progredi licebit, vt lubebit: mihi iſta dicata eſt pompa. hoc iuuat gradu, & ſic lentè feſtinare. Quis non exclamet, delirum caput. At quotidie apud nos ita deliratur. Punctulo temporis in hac vita ab immanibus tormentis te eriperes. negas te velle. Longißimum Purgatorij ſtadium ignitis carbonibus ſtratum, non vno flagrione perurgente, vt roſetum percalcari oportere dictitas. Perge porro. [illegible] tarditatis pœnitebit.

PVEROS magis metuere [illegible] ex vlmo virgulam, quàm ancipitem è chalybe benè temperatum gladium, pluſque dolere de luteis in glarea excitatis domunculis, ſi pede euertantur, quàm hereditate deperdita: eoſdē fugere perſonatos amicos, tanquam furias, amplexari crudeles aduerſarios, & videmus, & miſeramur, ac infantiæ adſcribimus, quæ nobis, viginti, trigin-

triginta, imò ſexaginta annorum pueris etiamnum adhæret.

Ad puerilem in hac vita virgam, famem, bellum, peſtem, orbitatem, pauperiem, ignominiã, morbos, ſimiliaque trepidamus; diſtrictum Iuſtitiæ gladum, poſt funus noſtrum, diros omnis generis cruciatus vltro accerſimus. *Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia cupient?* Quam hoc puerile, cùm vnica oratiuncula ad DEVM aut Cæli-tes beatos feruenter effuſâ; exiguâ vna eleemoſyna, ex caritate DEI & proximi pauperculo erogata, hauſtu etiam frigidæ, quid facilius? ridenti ore oblata; breui aliquâ carnis maceratione, abſtinentia, ſacco, cilicio, humicubatione, flagellatione (quę verborum ſono terrent inexpertos, reipſa, ſucco pietatis condita amaroris vix quicquã habent) eximere nos poſsimus à tormẽtis longè acerbiſsimis, hæc tamẽ præ illis eligere? An nó hoc cõtra cõmunẽ eſt ſenſũ, è duobus minus malũ eligẽdũ eſſe? Prou. 1.

Si nauiges, & oneraria ſit plena mercibus, inſurgant autem venti pernicies nauigantium, fit clamor

Stri-

—— Stridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctuſque ad ſidera
tollit
Franguntur remi, tum prora auertit &
vndis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus
aquæ mons
Præſentemque viris intentant omnia
mortem.

edicit Nauarchus, heus Euclio, vel merces in mare iacta vel morere. nulla mora. plena ſmaragdis vaſa Oceano committit inſtitor, ſiccis ſæpe oculis: ſed etiamſi madeſcant, nunquam impetrabit à Theologo, aut Iuriſperito, vt non pronuncient, ſimpliciter voluntariam eſſe illam mercium proiectionem, licet metu factam. nimirum, quia voluntariè minus malum præ maiori eligit.

QVOD adeò neceſſariò fieri quidam exiſtimant, vt velint aliter, non ſolùm à pecude, ſed neque ab homine cui ſua libertas cõſtat haud poſſe contingere. Nam ita ſtatuunt. Fieri nequit vt eligatur æquale, aut etiam minus bonum, ſi vt tale eſt, cognoſcatur. At maius malum intuitu minoris

eſt

eſt minus bonum. Dum enim ex duobus malis alterũ eligitur, non quà malum, in quod non fertur voluntas, ſed quà bonũ, quod eripit ab aliquo malo, arripitur. Itaq; ſi agnoſcas vnum malum eſſe altero maius, cogeris ad id quod minus eſt manum extendere: niſi iudicium mutare placeat, & maiori malo aliquid adfingere, quo minus altero fingenti, ſeu deliranti videatur. Quod fieri poſſe nullum eſt dubium: & vtinam ſæpe cùm minimè deberet, haud contingeret.

EXEMPLO quod poſui illuſtro. Maius haud dubiè malum eſt ſapientũ calculis ebrietas, quàm amici ſine iuſta cauſſa offenſio. Cum ebrietas, Baſilio teſte, ſit rationis euerſio, roboris corruptio, ſenectus immatura, breuis temporis mors, voluntarius Dæmon, vitij mater, virtutis interitus: Auguſtino ſit inſania ſpontanea, flagitiorum genitrix, radix criminum, origo vitiorum: Chryſoſtomo ſit morbus nõ habens veniam, ruina carens excuſatione, malum infinita dignum damnatione. Quis hæc non poſtponat

Baſil. homil. contra ebrios.

Auguſt lib de ſobr. & ebriet ca. 1.

Chryſoſt. hom. 54. ad pop. Antioch.

dictum & generatim omni probationum genere ſtabiliri poſſet, ſed nolo diffundi: digitum tantum intendo in nonnulla rerum præcipuarum capita. In Purgatorio vt in inferno duplex eſt pœna. Vnam efficit carentia viſionis beatæ, in qua noſtra conſiſtit felicitas. Quis autem dicat non dolere, & conſequenter non cruciari ſummoperè animas, dum animaduertunt ſe ſuis impediri culpis à ſummi boni fruitione. Atque hæc vocatur pœna damni: quæ tanta eſt, vt humana nulla eloquentia pro dignitate ſatis explicari valeat.

Nolo mihi credatis. Credite illi, qui ſapitumē ſuffragiis ſapientiæ corculum audire poteſt, Doctori orbis, Thomæ Aquinati. Is eo loco, vbi non Latinè loqui ſolet, ſed Theologicè, & horridâ quibuſdam, ſed leni & amicâ Scholaſticis ſimplicitate, hæc duo enunciat. *Primum*, pœnam damni eſſe maximā pœnarum, tā quæ in Purgatorio, quàm quæ in hac vita ſuſtinentur. *S. Tho. in 4. d. 20. q. 1. art. 2.* *Secundum*, minimam pœnam Purgatorij eſſe maiorem maximâ huius vitæ. Prius illud probat. Quoniam

 ſicut

ſicut poſſeſsio deſiderati boni generat gaudium, ſic abſentia eiuſdem gignit dolorem. At bonum quod animæ in Purgatorio efflictim deſiderant eſt ſummum, deſiderium verò etiam eſt maximum: Siquidem intellectus clarius cognoſcit, quàm ſit magnum bonũ videre DEVM, & appetitus, tum naturalis, tum infuſæ caritatis exerit vires, & intentiſsimus eſt: neque impeditur à mole corporea, ac ſenſibilibus voluptatibus.

Ah! quantus inde dolor? quem non mitigat boni vicinia', ſed auget. O! quàm hic verum, *Spes quæ differtur affligit animam*. Finge quempiam inanitate ſtomachum inſidente vehementiſsimâ fame diuexari, maiori profectò, quã quæ ad canes, mures, equos, ſoleas, ſimum, & obſcæna quælibet, ac quod horreat auditus hominis, humanas carnes, ipſumq; vteri ſui fætũ dilaniandũ deuorandumq; adegit: ardeat idem ſiti intolerabili, ſiccitate æſtuq; præcordia perurente. Videat autẽ haud ita procul menſam opiparè inſtructã, pane, piſce, herbulis, altilibus, elixis,

aſsis,

aſsis, paratis: cernat appoſitum vini genus omne Italici, Hiſpanici, Cretici: manum conetur extẽdere, ſed fruſtraneo niſu, diducto rictu ac morſu de propinquo patinas ſibi arridentes ſalutet, ſed non niſi morſu, qui linguã vellicet: oculis iam deuoret, quæ ſibi parata nouit, araneante interim ventriculo: quantus inde cruciatus? maior ſanè quam Tantalo affinxerunt Poëtæ.

Poſterius ſic confirmat S. Doctor: Quicumque Purgatorio detinetur, hac ſaltem damni pœna cruciatur, quæ eſt maxima. Itaq; minima Purgatorij pœna maior eſt quã huius vitæ maxima. Supplicium ingens, ac penè omniũ grauiſsimũ Romanis ciuibus videbatur, cũ vel iudicũ sẽtẽtia, vel aduerſariorũ inuidia, vel præſentiũ tædio, vel ſenatus ingratitudine ab vrbe abeſſe, & familiariũ vſu quotidiano priuari, ciuiũ conſuetudine ac cõſpectu carere, dulciſsima populariũ alloquutione & cõuictu orbari cogebantur. Quod ſi etiã ad inſulas longè remotas deportabantur, ſi in Sardinia, in Ponto, in Euxini deſerto aliquo loco cõmorari co-

gebantur, malorũ putabatur ſumma: lamentationibus, nænijs, elegijs calamitaté ſuã deplorabant. Legiſtis haud dubiè aliquãdo Naſoné in Triſtiũ elegijs. quid vnicè poſtulet? reditum in patriam. quid ceteri exules? idé erat omnium votum. eo aſpirabant, eò gemitu, ſuſpirijs, lacrimis tendebant. Quod ſi ſpes adfulgeret, quantum inde gaudium? Sed quod dilatione calamitatem augebat. reditum reditum exoptabãt. Italia Italia ingeminabatur. poſt reditum lætitiæ magnitudo deſiderium abſentis declarabat.

Ciceronis adhuc illa aurem verberãt, quæ à pueris in gymnaſio declamitantur, & quæ ille cùm ab exilio reuocatus, quaſi nouũ orbé ingreſſus eſſet, terramq; cum cælo commutaſſet, ſtupore, lætitiaq; à ſenſibus penè alienatus profudit: Quæ ſpecies Italiæ? quæ celebritas oppidorum? quæ forma regionum? qui agri? quæ fruges? quæ pulchritudo vrbis? quæ humanitas ciuium? quæ Reipublicæ dignitas? quæ veſtra maieſtas, ô! Errat decem annis Vlyxes. vagatur per ignotas terra marique regiones, ſcrutatur inuia.

tentat

tentat omnia, nec quieſcit donec intueatur deſertæ rudera Ithacæ, patriæ & vilis, & anguſtæ, quæ potius volucrum nidum, quam hominum domicilium referebat. Non videmus ſyluicolis & paganis ſordere ingẽtes Principum moles, ampla palatia, deauratas aulas, neque his triſtitiam pellere, niſi haris ſuis & cucumerarijs in quibus nati ſunt & alti reddantur.

Aſſuetos tauri ſaltus, aſſueta leones,
Non feritas illos impedit, antra petũt.

QVANTVM ergo par eſt credere doloris illos percipere, qui à cæleſti patriâ, ad quã nati, à republica Sãctorũ, ad quã adſcripti, ab illis feliciſsimis regionibus, quibus deſtinati, ab illa vrbe, cuius iure donati, ab illo regno ad quod trãſmiſsi; vbi regnat pax, caritas, trãquillitas, gaudiũ; vbi reſonat vox laudis & exultationis, vbi perpetuũ cantatur Alleluia; ab illâ denique puriſsimâ luce, quæ lætos ac beatos efficit intuentes, abeſſe, & in teterrimis carcerũ ſubterraneorum receptaculis, omni penè ſuppliciorum genere excarnificantur?

O Pater, inquit fortaſſe quiſpiam, omnibus ijs à te hactenus enarratis in præſentiarũ careo: in cælo nondũ verſor: ſocietate beatorum non fruor: lucẽ illam clariſsimã non intueor: ſuauiſsimũ illũ concentum non haurio: amœnitatẽ illam cæleſtem non vſurpo palatia illa ingentia non inhabito; neque tamen idcirco admodum crucior. Imò, ſi hoc in corpore manere hic ſemper, & præſentibus abundare ac frui bonis liceret, patriæ alterius bonis me priuari facile paterer, & deſiderium omne, quin etiã cogitationẽ deponerẽ. Hoc ignorantiæ, ac infidelitatis eſt teſtimoniũ, hic quorundã non niſi terrena ſapientium ſtupor. Neſcit videlicet ignarus meliorũ, alios poſt mortẽ oculos, aliam habituros nos à corpore abiunctos intelligentiã, quâ boni illius dilatio maior videbitur pœna, quã flammarum globi & incendium.

ID de amiſsione gloriæ æternę pronunciauit D. Chryſoſtomus homiliæ XXIV. in Matthæum; ego ad temporalẽ etiam refero. *Noui*, ait, *quia plurimi pertimeſcunt gehennam. Ego tamen illius gloriæ*

amiſ-

amiſsionem multo amarius quid eſſe, quàm ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Si verò id non poſſum ſermone demonſtrare, nihil eſt omnino mirandum. Neque enim nouimus illorum beatitudinem præmiorum, vt infelicitatem quoque de eorum amiſſione ſcire poſsimus. Nos autem hanc abſque dubio diſcemus, cùm experimento cœperimus edoceri. Itaque tunc velamen auferetur: tunc aperientur oculi: tunc cum ingenti dolore impij videbunt, quid inter bonum æternum, ac ſummum, & hæc fragilia caducaque diſcriminis ſit.

SED præter hanc pœnam eſt alia, quæ vocatur pœna ſenſus, quam infligit ignis, non metaphoricus, ſed verus ac corporeus, eiuſdem cum elementari, cuius ardorem tantoperè horremus, naturæ. Quod licet non ſit definitum àb Eccleſia, ideoque ad fidei profeſsionem non ſpectet; probabilitatem tamen ſummam habet, ob Scholaſticorum conſenſum, auctoritatem Patrum, apparitionum veritatem, aliaque haud leuia documenta. Docent itaque conſtanter cum Patribus Scho-

læ Doctores: Purgatorij pænas tam eſſe atroces, vt cum illis huius vitæ ſupplicia comparari nequeant.

Avdiatvr Auguſtinus, qui enarratione in pſalmum xxxvii. *Quamuis*, inquit, *ſalui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita.* Cui coronat, quod ſcribit Papa Gregorius in pſalmum tertium pænitentialem: *Illum tranſitorium ignem omni tribulatione præſenti exiſtimo intolerabiliorem.* Venerabilis Beda in eundem pſalmum ſcribit, nulla eſſe ſupplicia martyrum, aut latronum cum illis Purgatorijs pænis conferenda. Idem habet S. Anſelmus in priorem ad Corinthios cap. 3. nec non S. Bernardus ſermone de obitu Humberti. Lutherum, ſi placet, adiungite, qui antequam planè deliraret ſic ſcripſit, tomo 1. Geman. editionis Ienenſis, & tom. 7. Germ. VVitenberg. *De Purgatorio firmiter credendum eſt, & ego verum eſſe ſcio, miſeras animas ibi* INTOLERABILITER *cruciari, noſque obligatos teneri ad opem illis ferendam.* Idem confirmant plurimæ reuelationes, quæ apud V.

Tom. 1. fol. 165.

Bedam,

Bedam, lib. 3. & 5. hiſtor. apud S. Brigittam, apud Dionyſium Carthuſian. & in vita Chriſtinæ mirabilis inueniuntur.

IDEM demonſtrat ratio. Siquidem doloris æquè ac gaudij intenſionem tria efficiunt, potentia, obiectum, & vtriuſque coniunctio. Si potentiam ſpectes, abſque controuerſia capacior eſt doloris potentia rationalis, quàm animalis. Nam quantum ad apprehenſionem, intellectus eſt veluti fons, appetitus tanquam riuluus. Cùm itaque anima ipſa nuda in Purgatorio torqueatur, maximus ſit oportet dolor ex parte patientis. In hac vita enim non tam anima, quàm, corpus patitur, & per corpus aliquis dolor tranſit ad animam, ſed non niſi vmbratilis. Si obiectum attendas, illud eſt in Purgatorio ignis, hunc in finem diuina potentiâ conſtitutus, vt ſit inſtrumentum iuſtitiæ vindicatiuæ, cui placuit in hoc Omnipotentiæ documentum aliquod dare. Si nexum vtriuſque conſideres, intimus erit. Inter mortales quidem, vbi omnia

ſunt corporalia, connexio non fit niſi per contactum extremitatum, ac ſuperficierum. In Purgatorio in animam ipſam illabetur, ac intimè penetrabit tormenti acerbitas.

CVM itaque hæc ſemper fuerit de ſupplicij atrocitate, quo in Purgatorio expiantur Animæ, prudentū æſtimatio, nō eſt inuentus ſapientū quiſquā, qui non quantumuis longā & acerbam in hac vita pænitentiā, præ illo, acceptauerit libenter, ſi libera ipſi fuit electio, & à DEO idem non expetierit. Huc ſpectat oratio Regis Dauid: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*; Pſalmo VI. In quà multi diſtinguunt furorem, & arguendi verbū, ab ira ac verbo corripiendi; illudque pertinere volunt, ad æternam damnationem, hoc ad Purgatorij pænas. Ita haud obſcurè S. Gregorius, Haymo, Alcuinus, Remigius, idemq; innuit S. Auguſtinus. Quocirca negant aliqui hæc pertinere ad pænas præſentis vitæ, cùm Iob veriſſimè dixerit: *Nunc DEVS non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur valdè.*

Iob. xxxv. 15.

Pro

Pro eodem ſupplicabat Ieremias cap. x. *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo* (hoc eſt, non vt aduerſarius & inimicus, verùm vt pater, quemadmodum Hieronymus exponit) *ne fortè ad nihilum redigas me*: Iere.x.24.
Quando valdè iraſcitur DEVS in hac vitâ, ne in iudicio quidem iraſci vult: immò iraſci omninò non vult: & *requieſcet*, inquit, *indignatio mea in te: & auferetur furor meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius, eò, quod non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & prouocaſti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus DEVS, & non feci iuxta ſcelera tua in omnib. abominationibus tuis.* Non fuit imprudens votum, optantis anni integri morbos grauiſsimos potius, quàm vnius diei purgatorias flammas perpeti. Ezec.xvi. 42. 43.

ET tu temperatam patris beneuolentia à Confeſſario pœnam cum Purgatorij tormentis commutare deſideras. At, graue eſt, dicis, ſpontaneam flagellationem ſubire, quam impoſuit mihi ſeuerus ille Iudex. Impopoſuiſſe vix credo: nam hactenus non

tempore luiturum te putas? quis ſpopondit? Reperies, ſi vera narrationum fides, quoſdam ſeculo, alios ſeculo non vno torquendos. eſſe qui vltimum iudicij diem expectat in pœnis; & hac ſe ſpe ſolari, quod æterna non ſit futura. Papalium condonationum bullatas chartas inſpice: in ijs leges, qui hoc iſtuduè fecerit, centum, mille, decem millium annorum indulgentias conſequetur, & totidem quadragenas. An fortè, quod ſentiat Pontifex quibuſdam tot annorum tormenta præſcripta ibi eſſe à Iuſtitia, quæ hic facili pœnitentia ad Miſericordiæ tribunal tollantur? An potius, quod ſentiunt alij, Pontificem, pœnas tanti temporis Canonum ſeueritate imponendas contrahere? Vtrumque te iugulat. Vide, quam imprudenter agis dum pœnam à Confeſſario ad menſam hic dependere detrectas, vt in altera vita plenè ſatisfacias.

IN quo ſi obſtinatas etiamnum hæres, caue, mi homo, ne exiſtimem prauæ electionis cauſam deliran-

rantis cerebri errorem eſſe: tibique perſuadeas, vel cum Ioanne Caluino, Purgatorium eſſe exitiale Satanæ commentum, vt hæreſiarcha ille ſcribit, quod Chriſti crucem euacuat, quod contumeliam non ferendam DEI miſericordiæ irrogat, quod fidem noſtrā labefacit & euertit. Vel cum Martino Luthero in hac re verè Protheo, ſiue aſſerente, Purgatorium, lectum eſſe cuique fatalem; pœnas non alias, quàm in eo horrorem, mortiſque pęna purgari, ſi quid purgandum ſuperſit; ſiue inſanè declamitante: Cùm negatis Purgatorium, dānatis Miſſas, vigilias, cœnobia, monaſteria, & quicquid per hanc impoſturam erectum eſt, per omnia etiam probo: ſiue conteſtante; defunctorum animas ferreo quidem, ſed ſuaui ſomnio delinitas molliter cubare: quis hanc quietem longæ moleſtæque peregrinationi non anteponat?

Lib. 3. inſt. c. 5. §. 6.

Lib. de abroganda Miſſa priuata.

Lib. ad VValdēſes de Eucha.

FORTASSE Regis Britanni Iacobi te tranſuerſum agit opinatio. Is enim cum de Purgatorio multa ex Catholicorum ſcriptis accepiſſet, Purgato-

gatorium velut locum amœnitate plenum concepit, ideoque recreationibus Principum perquam idoneum. Quare adeo is ei locus arriſit, vt in libello, quem ędidit, vocauitque Præfationem monitoriam ad Principes, quos eo, velut claſsico contra Pontificem Romanũ in vnum agere deſtinarat animo, ſolicitè exquiſiuit, vt erat amœnæ vir ingenio: An etiam in Purgatorio campus ſit patens & iucundus, in quo ipſe, ſi fortè illuc deueniret, aucupio operam dare, otiumque oblectare poſſet? Digna Rege Iacobo quæſtio, qui aliud fortaſſe in Purgatorij ſpatijs non concipiebat, quàm vel locum plantis ſemper virentibus conſitum, vel ſyluulam opacitate vmbroſam, vel agrum omni felicium arborum copia adantem, & fructum abũdantia opulentum: denique hortos Midæ, Tantali, Adonidis, inibiq; venationes, aucupia, ludos, naumachias, choreas, aulas, palatia, lectos eburneos. Qui hac perſuaſione ducitur, næ ille prudenter, meo quidem iudicio faciet, ſi pœniten-

nitentiam omnem in hac vitâ impoſitam recuſet, in tali Purgatorio luere, id eſt, ludere paratus.

An fortaſſe tabernam vinariam, quæ tam auidè à multis frequentatur, Purgatorium eſſe quiſpiam tibi ſuggeſsit, vbi hauſtu more gentis noſtræ refocillentur animæ, vt eo alacrius cœptum iter conficiant? Fuit neſcio quis ſuperiori ſeculo, qui hanc conceptionem ignaris indere conatus eſt, aut potius ſcurrili ſarcaſmo fidem de Purgatorio eleuare; vt narrat Gallus hiſtoricus, ſi non fingit ex ſuo ſenſu. Quem ſemel hæc dementauit inſania, vt Purgatorium, tanquam in itinere ad æternitatem diuerſorium opinetur, in quo genio tantiſper indulgeatur, donec progredi placeat, is profectò catè rem ſuam inſtituit, ſi ſatisfactionis pœnitentialis locum Purgatorium ſibi deſtinet.

Thuan. lib. 3. anno 547.

Vervm cùm hæc ſtulta cogitatio procul eſſe debeat à Chriſtiani hominis mente, qui non ignorat, certè non debet, locum eſſe pro vitâ functis,

ctis, in quo, tanquam in carcere horrido atrociſsimas pœnas ſuſtineant, ac velut in Iuſtitiæ vindicatricis thetro incredibili tormentorum multiplicium acerbitate exerceantur demortuorum ſpiritus, donec ad nouiſsimum quadrantem perſoluant, quæ debere ſe ante Chriſti Iudicis tribunal agnouerunt. Imprudentiſſimus autem habeatur oportet ille, qui leues, facileſque pœnas, grauiſſimis, difficillimiſque commutare temerarius audet: & quod incredibile, verum ignem picto ad ſupplicium ſuum ante habeat. Vobis verò à Chriſtiana prudentia ac pietate debetur commendatio, SODALES, qui amicos benefactoreſque illo in loco auxiliarem veſtram dexteram aſsiduò implorantes, promptè, alacriterque porrigitis: & vnitis ſuffragijs quam plurimos etiam eripere è moleſtiſsimo illo carcere nitimini. Quod hactenus à nobis factum ſedulò, nunquam poſt hoc intermittamus. Et gratiſſimus ſemper in eorū morte memoriaque decoranda, non tam inanibus verborum

borum encomijs, quam ſolidis Chriſtianæ pietatis officijs caſtiſque precibus, cum nullam iam aliam gratiam illis referre poſsimus.

SERMO VII.

De pœnarum in Purgatorio duratione.

ET

An probanda ſit conſuetudo anniuerſariorum ſuffragiorum ſine termino?

Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouiſsimum quadrantem. Matt. v: 26.

QVOD anno quodlibet Sacris piacularibus, amicorũ, beneſactorumq; in Domino defunctorũ animas impetratã ijs à viuorum DEO pace, ad tranquillæ felicitatis domicilium, ac Cœlitum acropolim transferre conamur, & benè facimus, & religioſè: neque id à quoquam reprehẽdi ſolet, potes-

poteſt ire; qui non furialibus actus ſectariorum intemperijs, funeſtam Matri ſacroſanctæ Eccleſiæ, receptiſque ab omni antiquitate cæremonijs bellum indicere animo obſtinato decreuerit. Sed hoc fortaſſe cuiquam non malè de ritibus Chriſtianis opinanti, at minus in Theologicis exercitato, dubitationis aliquid ingeneret: An fas ſit, vel expediat, poſt luſtra aliquot, & multo magis, poſt non paucas annorum centurias euolutas, ab eo die, quo quis viuere hic deſijt, nominatim illius, ad aram ſacram in Sacrificio meminiſſe, diuina hoſtiâ, ad eius tranquillandos manes litare, preces pro illo, vt emendatorijs è pœnis eripiatur, ac liberetur: fundere: ſimiliaque Chriſtianæ pietatis officia in illius gratiam peragere, vt habet recepta in orbe Chriſtiano conſuetudo. Quæ vtrum probanda ſit, hodierno die à nobis diſputabitur.

DVBITATIONIS autem huiuſce, ſiue difficultatis, momenta à tribus deſumuntur enunciatis. Horum *Primum* eſt, Beatis cum DEO felici æuo

fruentibus mortalium ſuffragijs opus haud eſſe. Quamuis enim rectè, dum ſacrificium peragitur, in Miſsâ nominentur, & inuocentur Sanctij; ipſi quoque eâ de re lætentur, vt docet S. Thomas opuſculo LVIII. cap. 25. quod non ab ijs ſolùm, ſed etiam à nobis, DEO, cui ſoli Sacrificium proprie offertur, de eorum victorijs agátur gratiæ; idque ex antiquiſsimâ Eccleſiæ conſuetudine; vt conſtat ex liturgijs SS. Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi: & ex Cyrillo catecheſi. v. myſtagogica, Epiphanio hæreſi LXXV. Auguſtino tractatu LXXXIV. in Ioann. lib. VIII. de ciuit. cap. 27. lib. XXII. cap. 10. Lib. XX. contra Fauſt. cap. 21. & Concilio Tridentino Seſſ. XXII. cap. 3. Non tamen pro ijs offertur; nec prodeſſe ijs poteſt, vel ad delictorum expiationem, vel ad remiſsionem pœnarum, quæ feliciſsimo illi ſtatui repugnant; vel ad gratiæ, & eſſentialis felicitatis augmentum; cum non ſint amplius in via. Quocirca S. Auguſtinus tractatu LXXXIV. in Ioann. & ſermone XVII. de verbis Apoſtoli, ſcribit, in Sacrifi-

cio

ficio memoriam quidem fieri eorum, ſed non orari pro ipſis. Et Innocentius III. capit. *Cùm Martha, de celebratione Miſſarum*, Sanctos nos indigere orationibus noſtris, quia cùm ſint perfectè beati, omnia illis ſuccedunt ad vota. Eſtque hæc communis Scholaſticorum Doctorum ſententia.

ENVNCIATVM *Secundum* eſt. Nec preces fundi, nec ſacrificium fieri poſſe pro defunctis ijs, qui pœnis inferni, & cruciatibus æternis, condemnatione immutabili ſunt addicti. Neque ſanè fructuoſa illis poſſunt eſſe ſuffragia, quorum culpæ ac pœnæ ſunt irremiſsibiles. Vt diſertè docet S. Auguſtinus in Enchiridio cap. CIX. & CX, Cyprianus lib. I. epiſt. 9. Gregorius lib. XXXIV. Moralium cap. 12. & 13 ac ſecundum aliam editionem, 16. Idemque lib. IV. Dialogorum cap. 58. Damaſcenus lib. II. de fide cap. 4. Bernardus Sermone VIII. in pſalmum, *Qui habitat.* Scholaſtici Magiſtri, S. Thomas, Alenſis, Bonauentura, Richardus in 4. diſt. 45. ex interpretibus Sacræ-ſcripturę Abulēſis lib. IV. Regum,

Regum, cap. IV. quæſt. 57. ex Canonici iuris Doctoribus Nauarrus tractatu de Oratione num. 19. & 63. ac Not. 22. num. 46. Quicquid de pœnarum infernaliũ mitigatione, & alleuiatione per Sacrificia ac preces commenti ſunt, Gloſſator in Can. *Tempus* 13. q. 2. Præpoſitiuus in Compendio Theologiæ ad finem, Altiſiodorenſis lib. IV. verſus finem, Auguſtinus de Ancona lib. de poteſtate Eccleſiæ. Nam ſi iſtud ſemel admittatur, illud conſequitur: poſſe adeò multiplicari iſthæc ſuffragia, vt penitus tollatur pœna omnis. Quod eſt contra æternitatem ac incommutabilitatem illius ſtatus. Eandem ob cauſſam prohibetur Sacrum fieri, pro his qui ſibi ipſi manus violentas inferunt, & in peccato mortali notorio moriuntur in Concilio Braccarenſi I. cap. 34. & Can. *pro obeuntibus*, 13. q. 2.

QVOD autem recitari ſolet ex Auguſtino ſcribente in Enchiridio loco indicato, *Suffragia piorũ prodeſſe defunctis, aut, vt plena ſit remiſſio, aut vt tolerabilior damnatio*, conſtringi debet ad eos, qui

ad

ad Purgatorij carcerem, & in eo luendum damnati ſunt. Siquidem horum aliqui plenam libertatem mox conſequuntur, quibuſdam mitigatur ſolummodò pœna. Neque aliud euincitur ex Innocentij III. verbis, cap. *Cùm Martha*, *de celebratione Miſſarum*. Ex mortuis quoſdam eſſe valdè bonos, qui non indigent ſuffragijs: quoſdam valdè malos, qui non poſſint iuuari; quoſdam mediocriter malos, quibus proſunt ad propitiationem. Quod membrum videri poſſet conuenire damnatis in inferno, non tamen peſſimis. Sed non ita ſe res habet. Nam per *mediocriter bonos*, intelligit eos, qui ſolùm reatum pœnæ habent; per *mediocriter malos*, qui etiam culpam venialem, vt exponunt graues auctores. Quæ autem narrari ſolent de animâ Traiani, precibus S. Gregorij ex inferno euocatâ, & alijs quibuſdam, fabulis, quam veris hiſtorijs viciniora iudicantur, & ſuo loco examinata ac reiecta ſunt.

Sebaſtian. Perez de Euchariſt. cap. 24. Bellarm. lib. 2. de Purg. c. 18.

ENVNCIATVM ex propoſitis *Tertium* ſit. Nemo in Purgatorio cru-

ciatur vltra decennium, vel ſummum, viginti annos. Certè Dominicus Sotus Theologus imprimis nobilis, & auctoritatis magnæ in 4. diſtinct. 19. quæſt. 3. art. 2. ita ſcribit; *Clementia DEI non fert multo tempore amicos ſuos à ſuo conſpectu cohibere, & ideo ſapientiſſima eius prouidentia fuit, illas pœnas ad eos expurgandos inſtituere, quæ breui tempore poſſent animas illic perpurgare. Nam cùm illa ſupplicia ſint ſupernaturalia, quæ ſubiectū corrumpere non poſſunt, potuit quamcumque temporis longitudinem accumulatis pœnis ſupplere. Quapropter crediderim nunquam aliquem in Purgatorio viginti annis extitiſſe. Imò, vt mea fert opinio, nec decem. Nam cùm nemo ibi ſit, niſi DEI amicus, contritio eius, & poſt Chriſtum paſſum, Sacramenta, & ſuffragia, & bona, quæ egit opera ad cumulum ei ſatisfactionis accedunt. In ſumma non eſt credibile, vt quos pœnarum accumulatione expedire DEVS breuius inde potuit, temporis prolixitate detineat.*

Ex hiſce enunciatis talis ſtruitur ratiocinatio. In Purgatorio nemo vltra vigeſimum annum demoratur; eo igitur à morte cuiuſque decurſo, vel cælitibus adiunctus eſt, vel inferni

mancipatus ſupplicijs quiſquis hinc migrat. Atqui neque pro ijs, qui cum ſuperis regnant, neque pro ijs qui torquentur eum damnatis, ſacrificare, & preces fundere conuenit. Eſt itaque Chriſtianæ prudentiæ minus conſentaneum, poſt annos viginti, demortui alicuius ſolicitudinem ſuſcipere, aut ſacrificijs, orationibuſque iuuare velle, cum eo tempore elapſo, aut non egeat, aut nullius mortalium ſubſidia prodeſſe poſſint. Ad quid igitur anniuerſaria ſacra in tot annos pro defunctis ante triginta ac pluribus annis, quorum nomina ex tabulis longo ordine recitantur? Ad quid poſt annos quadraginta, ante quos aliqui ex ijs, quos audiſtis legi, obierunt, preces, eleemoſynæ, ſuffragia?

Hvic qualicumque dubitationi, quæ in ſpeciem adornatis argumentis, vendibili probandi genere, fulciri videtur, non ſatisfiet plane, niſi pœnarum in Purgatorio, ſi durationem ſpectes, limites conſtituerimus. In qua re primò, vt certum

pronuncio: Purgatorij pœnas non fore perpetuas. Hoc ſiquidem eſt veluti diſcrimen maximum, & , vt loquuntur, eſſentiale, inter Infernum & Purgatorium. Atque hoc ſenſu credunt fideles purgatoruim aliquod reperiri. Itaque dixit Paulus Apoſtolus in priore ad Corinthios 3. *Saluus erit, ſic tamen, quaſi per ignem.* Vnde eſt optima illa diſtinctio S. Auguſtini lib. 2. de Geneſ. contra Manichæ. qui hinc migrat cum reatu peccatorum, *vel ignem ſentiet Purgatorium, vel pœnam æternam.*

Deinde, explorata eſt veritas: pœnas Purgatorias duraturas non eſſe vltra diem vniuerſalis iudicij. Quod his verbis expreſsit S. Auguſtinus lib. XXII. de Ciuit. DEI cap. 16. *Purgatorias pœnas nullus futuras opinetur* (homo fidelis) *niſi ante illud vltimum tremendumq́; iudicium.* Nec aliud vt credamus, patitur ſuprema Iudicis Chriſti ſententia, quæ fertur in omnes, qui propria opera habuerunt, illi autem omnes, vel ad beatitudinem recipiuntur; vel in gehennam releganrur. Illâ igitur pronunciatâ, non erit amplius

plius purgandi locus: ſed purgati e-runt omnes, antequam ad decretoriã ſententiam audiendam conueniant. Siquidem antecedit iudicium particulare ſingulorum: poſt quod erit tempus ſufficiens purgationis. Nam pœna ſecundum iuſtitiæ canonem debita ita augeri poterit, vt quicquid reſiduum fuerit perfectè poſsit purgari, & anima ad glorioſam reſurrectionẽ diſponi. Deniq;, ante iudicium omnes tam ſaluandi, quàm damnandi reſurgent: & illi quidem impaſsibiles, ac immortales Pauli Apoſtoli atteſtatione. 1. Corinthiorum xv. *Seminatur corpus animale; ſurget ſpirituale: ſeminatur in corruptione; ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate ſurget in gloriâ.* Quem locum illuſtrans Origenes, ſcribit, piaculum eſſe maximum cogitare, corpus reſurgens fore ſordidum, vel pollutum, aut purgatione indigens.

Illvd igitur in quæſtionem venire poſſe video: An in Purgatorio animæ vſque ad ipſum diem iudicij excrucientur? Si de omnibus intelligatur quæſitum, aſſerendum eſt: nequaquam

quam durationem illam omnibus eſſe deſtinatam. Nam alioquin duratio pœnarum omnibus eſſet æqualis. Cuius contrarium docet vniuerſa Theologorum Schola doctore Auguſtino libro de octo quæſtionibus ad Dulcitium quæſt. 1. circa finem, & libro quinquaginta homiliarum in XVI. Quia enim non omnes animæ decedunt cum æquali reatu peccatorum remiſſorum, non poteſt ſecundum iuſtitiam pœna eſſe æqualis, ſi intenſionem extenſioni iungas. Quare quanto magis minus-ue tranſeuntia dilexerunt, tanto citius tardiusùe ad felicitatis portum peruenient. Nam quāta fuerit peccati materia, quæ igne eſt abſumenda, tanta erit tranſeundi mora, vt differit Auguſtinus.

ATQVE hic omninò videtur ſenſus Eccleſiæ, quæ credit animas Purgatorij incolas ſucceſsiuè ad beatitudinem tranſire prout in ijs reatus maior minorue, breuius, aut tardius expiatur. Fateor, ſi de ſummâ, abſolutaque DEI potentia ſit ſermo, potuiſſe conſtitui æqualitatem dura-

tionis

tionis in pœna cum inæqualitate intenſionis: nempe, vt omnes vſque ad diem iudicij punirentur, ſed leniſsimè ij, qui minimum reatus adferrent, grauius alij. Quod mirum videri non debet, qui conſideret, peccata etiam venialia coniuncta cum mortalibus in inferno puniri pœna æterna. Adde, probabile eſſe, ſi quis ad vſum rationis perueniens cum peccato originali, committeret tantummodò peccatum aliquod veniale (quod contingere poſſe arbitrantur nonnulli) ac ſic moreretur obnoxius originali ac veniali, damnatũ iri ad infernum, in quo æternùm ſuſtineret leuiſsimam eam pœnam, quæ reſpondet veniali. Verùm illa durationis æqualitas in tanta diſparitate demeritorum, minus conſentanea diuinæ erga amicos clementiæ meritò videretur: neque ita accidere certò ſtatuendũ arbitror.

Suarez. to. 4. in. 3. p. d. 11. ſect. 2.

NON me fugit Venerabilē Bedam lib. v. hiſtoriæ ſuæ cap. 13. non tam referre, vt loquuntur aliqui, quàm inſinuare, animas, pleraſq; oēs purgādas, vſq; ad diē iudicij in Purgatorio deti-

neri ex lege DEI ordinaria, neque ex eo carcere egredi, niſi Eccleſiæ interceſsione, ac fidelium ſuffragijs iuuentur aliquæ, ac citius abeundi facultatem impetrent. Opinatus itaque videtur, pœnas Purgatorij in omnibus durare vſque ad iudicij extremi tempus regulariter, ſecluſis Eccleſiæ ſuffragijs. Veruntamen id à vero longius recedere, quàm Theologici canones ferant, viros huius æui & doctiſsimos & pijſsimos ſequutus, planè mihi perſuadeo. Tum ob ea, quæ hactenus in contrarium allata ſunt. Tum quoniam eſſet aliqua inæqualitas minus conſona iuſtitiæ diuinæ regulis, vt ſi quiſpiam ſanctitate eximius cum leuiſsimo peccati quotidiani reatu multo ante alios, peccatorum lethalium quondam pondere preſſos decederet. Tum quia ante Chriſti Domini aduentum erat etiam tranſitio à Purgatorio ad Sinum Abrahæ: alioquin illas ſolas animas ibi Chriſtus inueniſſet, quæ ex hac vita ſine vllo reatu temporalis pœnæ hinc migrarāt, quod nulla probabilitate aſſereretur. Itaque multo ma-

magis erit modò tranſitus ad beatitudinem perſoluto pœnarum debito.

QVOCIRCA ſi quæ ſunt reuelationes quæ contrarium innuere videantur, illæ vel exponendæ ſunt de toto purgatorio, quod vſque ad extremum iudicium perſiſtet, in eoque ſemper reperientur aliqui purgationis indigi: non autem de ſingulis perſonis. Aut, ſi hanc interpretationem non patiantur, ex albo verarum expungendæ ſunt; cum Theologiæ pronunciatis ex diuinæ Scripturæ promptuario deſumptis non congruant. Illud autem quod ex Ruperto Abbate lib. 3. in Geneſ. cap. 32. adducitur: Ante Saluatoris Christi aduentum nemini fuiſſe peruium purgatorium, ſenſum habere poteſt iſtum, quod non fuerit peruiũ vſque ad beatitudinem, cuius portas reſerauit primogenitus mortuorum & ſalutis auctor. Vel intelligi debet de afflictionis igne, quem nominat: nam & eo deſignari poteſt detentio in aliquo inferni loco.

CVM igitur in confeſſo ſit apud bonos Theologos, non omnes animas

to ; *qui me ducebat. Deuenimus autem ad vallem multæ latitudinis, & profunditatis, infinitæ autem longitudinis, quæ ad læuam nobis ſita, vnum latus flammis feruentibus nimium terribile, alterum furenti grandine, ac frigore nimium omnia perflante, atque verrente non minus intolerabile præferebat. Vtrumque autem erat animabus hominum plenum, quæ viciſsim hinc inde videbantur, quaſi tempeſtatis impetu iactari. Cùm enim vim feruoris immenſi tolerare non poſſent, proſiliebant miſeræ in medium frigoris, & cùm neque ibi quidpiam requiei inuenire valerent, reſiliebant rurſus in medium flammarum inextinguibilium. Cùmque hac infelici viciſsitudine longè latèque, prout aſpicere poteram, ſine vlla quietis intercapedine, innumerabilis ſpirituum deformium multitudo torqueretur, cogitare cœpi, quod hic fortè eſſet infernus de cuius tormentis intolerabilibus narrare ſæpius audiui.*

Reſpondit cogitationi meæ Ductor, qui me præcedebat: non hoc, inquiens, *ſuſpiceris; ſed vallis illa, quam aſpexiſti eſt locus, in quo examinandæ, & ca-*

ſtiganda ſunt: animæ illorum, qui differentes confiteri, & emendare ſcelera ſua, quæ fecerunt, in ipſo tandem mortis articulo ad pœnitentiam confugiunt, & ſic de corpore exeunt: qui tamen quia confeſsionem & pœnitentiam vel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorum perueniunt. Multos autem preces viuentium & eleemoſynæ & ieiunia, & maximè celebratio Miſſarum, vt etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuant.

His adiunxit Beda: *Cùm ille incredibili auſteritate corpus ſuum vexaret, & in fluminibus gelu concretis oraret, & pſalleret, dicentibus ſocijs: mirum F. Drithelme, quod tantam frigoris aſperitatem vlla ratione tolerare praeuales: & reſpondebat ille, frigidiora vidi. Et cùm dicerent, mirum, quod tam auſteram tenere continentiam velis, reſpondebat, auſteriora ego vidi. Sic autem vſque ad diem ſuæ vocationis infatigabili cœleſtium bonorum deſiderio corpus ſenile inter quotidiana ieiunia domabat, multiſq; verbo ac conuerſatione ſaluti fuit.*

HANC hiſtoriam, inquit Cardinalis Bellarminus, ego veriſsimam eſſe non dubito. Tum quia eſt conſentanea

Scrip-

Scripturæ dicenti Lib. Iob. cap. XXIV. *Ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium.* Tum quia teſtem habemus Bedam, virum optimum, & qui rem geſtam ſuo tempore narrat. Tum, quia ſequutus eſt ex ea viſione fructus, quem DEVS requirere ex iſtiuſmodi ſolet, non curioſitas, non vanitas, ſed ſalus animarum multarum per conuerſionem ad pænitentiam.

ALTER A. hiſtoria eſt apud Thomam Cantipratenſem de B. Ludgarde, quam exſcripſit Surius tomo III. ad diem Iunij XVI. Hoc ferè tempore, ait Auctor, Dominus Innocentius Papa III. poſt celebratum Lateranenſe concilium, ab hac vitâ migrauit; moxque apparuit viſibiliter Ludgardi. Illa autem, vt vidit eum ingenti flamma cinctum, quiſnam eſſet, percunctatur. Reſpondit, ſe eſſe Innocentium Papam. Et illa, cum gemitu, quid hoc eſt, inquit, communem omnium noſtrum Patrem tam dirè cruciari? Reſpondit ille, tres ob cauſſas ita crucior, quæ etiam æternis ſupplicijs me iuſtiſsimè addixiſſent, niſi per interceſsionem

aduerſus occaſum habentem, circumſtante eum in prato exercitu Angelorum. Vidit etiam à parte occidentali eiuſdem prati hominem toto corpore nudum, ſed infula pontificali decoratum verſus ſedentem in throno velociſsimè currentem, & altâ voce clamantem, Miſerere mihi miſero miſericordiſsime DEVS. Aſpexit inſuper, quia inſequebatur eum currentem magnus draco, vt deuoraret ipſũ, cumq; conſequi non poſſet illum draco, ſedentẽ in throno alta voce acclamauit: iuſtè iudica iuſtiſsime Iudex. Et cùm hæc Abbas audiſſet & vidiſſet, moxe uigilauit, & viſio diſparuit. Ille autem diſceptationis exitum ſcire nullatenus potuit, donec aſcenderet Peruſium. Cui adpropinquans, audiuit ſonum campanarum, & luctum plangentium, & vocem lamentantium dicentem: Heu! Papa Innocentius defunctus eſt.

HÆC in Eccleſiaſticos annales retulit Abrahamus Bzouius ad annum Chriſti M. CC. XVI. vbi narratâ morte Innocentij, tali illum celebrat elogio: *Dignus planè, qui propter vitæ* *Tomo* XIII.

innocentiam, & Pontificatus integerrimam adminiſtrationem, inter Sanctos Pontifices refer atur.

QVOD conſiderans Cardinalis Bellarminus, loco indicato, Hoc, ait, exemplum me quidem ſæpe maximo timore & tremore afficere ſolet. Si enim tam laudabilis Pontifex, & qui in oculis hominum non probus ac prudens ſolùm, ſed etiam ſanctus, & imitatione dignisſimus eſt habitus, tam parũ abfuit à gehenna, & vſq; ad diem iudicij Purgatorij incẽdijs atrocisſimis puniendus eſt, quis Prælatus nõ trepidet? quis nõ accuratisſimè conſcientiæ ſuæ ſecreta rimetur? Ego enim facilè mihi perſuadeo, tantũ Pontificẽ non potuiſſe lethalia peccata committere, niſi ſub ſpecie boni deceptũ ab adulatoribus, & domeſticis, de quibus in Euangelio dicitur Matthæi x. Inimici hominis domeſtici eius. Itaque hic tam magno exemplo diſcamus omnes ſolicitè ſcrutari conſcientiam noſtram, ne fortè erronea ſit, cùm nobis recta & ſana videatur.

Ex quibus conficitur, non malè opinari

nari nonnullos, aliquas animas vſque ad extremum iudicij diem torqueri igne Purgatorij. Verùm cùm non eadem fide, ideoque nec eadem certitudine, qua in diuinis Scripturis reuelata credere iubeamur ea, quæ narrauimus, non eſt tanta eorum quanta articulorum fidei firmitas. Imò in hiſtoria de Innocentio III. ſunt quædam, quæ innuere videntur, ſententiam iudicis fuiſſe conditione aliqua limitatam: nempe, deſtinatam fuiſſe animam cruciatibus vſque ad diem iudicij: habita ſummi rigoris & æqualitatis, quam Iuſtitia ſpectare poſſet, ratione, niſi ſuffragijs piorum tempus contractum fuiſſet.

Ad quid enim ſuffragia Sanctiſsimæ Virginis Ludgardis petiuiſſet ſine ſpe leuaminis. Quod ſi leniri potuerunt pænæ, vel precibus, vel ſacrificijs, hæc ita augere non fuit difficile vt penitus, tandem pæna omnis ſublata ſit. Sanè, quicquid minuitur, multiplicatione eius quo minuitur, & deſinit. Ita probant Theologi, habitum fidei in homine fideli non poſſe fieri minorem,

rem, quia tandem omninò auferretur citrà peccatum illi oppoſitum infidelitatis.

His addatur, Suffragia ac Sacrificia pro defunctis quædam eſſe communia, quæ pro omnibus piè mortuis peraguntur: Vt ſunt illa, quæ per totum orbem Chriſtianum hodie commemorationis animarum repræſentantur: quædam particularia, vt quæ ab amicis aut conſanguineis, vel alijs peculiariter offerri curantur. Ex his particularia non proſunt æquè omnibus: quicquid aliqui ſenſerint apud S. Thomam in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. Sed illi pro quo fiunt ſingulariter opitulantur, vt docet S. Auguſtinus lib. de cura pro mortuis cap. 4. ſumiturque ex S. Hieronymo in cap. 11. Prouerb. ac probat Dominicus Sotus in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. & Card. Bellarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 18. & communiter Scholaſtici. Cùm enim iſtiuſmodi bonorum applicatio pendeat ex intentione applicantis, & ſimilis ſit ſolutioni pecuniæ, quæ perſoluitur pro aliquo nominato, illi tantum prodeſt:

Com-

Cómunia autem proſunt omnibus in Purgatorio commorantibus. Non ſolùm ratione gaudij, quod commune eſt operi cuicumque bono, cùm de eo omnes gaudeant: quo pacto participem ſe dicebat Rex Dauid omnium timentium Dominum, pſalmo CXVIII. ſed etiam ratione ſatisfactionis, cum nulla ſit cauſſa, cur excludantur aliqui. Atque hæc eſt communis Theologorum ſententia. Neque diſſentit S. Auguſti. lib. XXI. de Ciuitate cap. 15. aut in Enchiridio cap. CIX. vel lib. de cura pro mortuis cap. 1. dum ijs tantũ prodeſſe aſſerit, qui dum viuerent meruerunt, vt ſibi viuorum ſuffragia ſufficerent. Siquidem id ſufficienter meruiſſe cenſentur, qui DEI gratia ita vixerunt, vt ſine peccato mortali deceſſerint. Quod deſumitur ex S. Thoma in Additione quæſt. 71. art. 2. & 3. Dominico Soto in 4. diſt. 21. q. 2. ar. 3. & diſt. 45. q. 1. art. 1. & 2. Ledeſma in 2. 4. quæſt. 29. art. Nauarro de Indulgentijs not. 22. num. 39. & 46. Corduba lib. 5. quæſt. 30. quibus accedit

Bellar-

Bellarminus lib.2.de Purgatorio cap. 18. Hæc ſi vera ſunt, vix fieri poſſe videtur, quin aliquando Purgatorium euacuetur, nulla in eo perſiſtente ad longiorem pœnam anima ex ijs, quæ diutius inibi fuerunt; maximè ſi multiplicentur legitimè indulgentiæ Papales, quæ in ſubſidium animarum concedi conſueuerunt.

ROBVR hæc accipiunt ex eo, quod ſuffragia pro mortuorũ ſatisfactione acceptet DEVS certo ac infallibiliter, quaſi ex lege ſtatuta cum hominibus, non autem ex ſola miſericordia. Sanè, prius illud eſſe magis pium ac probabilius docent, S. Thomas in 4. diſt. 45. q. 2. art. 3. ad 3. Albertus art. 3. ad 6. Durandus diſtinct. 12. q. 4. Petrus Soto lect. 7. de Euchariſt. Lindanus lib. 4. Panopliæ cap. 51. Couarruuias Cap. *Alma Mater* part. 1. §. 5. num. 11. Nauarrus de Oratione not. 22. Bellarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 18. Suarez diſp. 79. ſect. 10. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 22. Sebaſtianus Barradas tom. 4. lib. 5. cap. 16. Nam animæ quamdiu ſunt in Purgatorio, cum nondum ad vltimum

mum terminum peruenerint de via-torum conditionibus plurimum par-cipant, quoad remiſsionem pænarum, aut etiam venialium peccatorum ob-tinendam: quocirca eo modo, quo via-tores, nondum autem triumphantes ad Eccleſiam militantem pertinent. Et ta-metſi non poſsit eas Eccleſia abſol-uere à peccatis, poteſt tamē eas iuuare: cùm DEVS ex inſtitutione ſua volue-rit etiam pro his ſibi offerri ſacrificia: nam ex traditione Apoſtolica habe-mus, iuſsiſſe Dominum pro viuis & defunctis in Eccleſia ſua ſacrificari.

HÆC perſuaſionem minimè ina-nem inducunt, animas vſq; ad vltimum diem iudicij in Purgatorio non tor-queri, certè ordinariè non ita fieri. Dicis fortaſſe, ad quid ergo Sacra an-niuerſaria, ſine vllo, quamdiu mundus ſtabit termino? Cur nominatim reci-tantur multi, qui ante plurimos an-nos defuncti ſunt, cùm penè conſtet, eos noſtris non egere ſubſidijs?

DICAM breuiter quod ſentio. An-niuerſarias ſacrorum pro animabus procurationes ſine certo durationis appo-

Anniuerſaria ſacra probantur.

appoſitæ termino non reijciendas arbitror, ſed probo magnoperè, & vt omnes, quibus tantum eſt in bonis fortunæ ſibi illas conſtituant ſummoperè ſum auctor. Addo tamen, me optare, vt conſcientiarum præſides, viri docti ac pij, qui de huiuſmodi conſulendi eſſent à minus peritis, ſuggererent, vt non ita ſibi nominatim & adſtrictè ſacrificia illa & ſuffragia prodeſſe velint, vt eorum fructus deinde ad cognationẽ, vel amicitia proximos, tum ad familiæ benefactores, & adfines, & etiam quod Chriſtianæ perfectionis eſſet, ad inimicos: denique vniuerſim ad magis indigos haud deriuetur. Imò hanc participationem optent, ac ſignificent: hæcque omninò ſit animi conceptio. Cupio in animæ imprimis meæ ſubſidium quotannis ſacrificium fieri. Quod ſi ad ſuperos translatus eo adiumento non egebo, proſit poſteris in emendatorio igne aliquando verſantibus. Si nulli ſint, fructus idem in magis indigentes redundet. Denique DEVS æquiſsimus bonorum diſtributor, & arbiter communicet alijs, vt viſum fuerit.

Atque

Atque ita introductam in Eccleſiam annuæ commemorationis pro certis animabus conſuetudinem pronum eſt credere:& fundari in pietate illorum qui ſuffragia fieri poſtulabant non ſolum ad commodum proprium, ſed etiam vt prodeſſent alijs, quando ipſi non indigerent mortalium ſolatio.

QVOD ſi de hac conditione ipſi non cogitent, neque illam in tabulis funeralibus exprimant, tamen, cùm modo optimo, & Sapientum præceptionibus conſentaneo facere velle cenſeantur, quod vltimis ſuis voluntatibus adnectunt, tacitè ſemper inuolui, neque vnquam negligi exiſtimari poterit. Illud quoque diſpoſitionem de anniuerſarijs nullo termino ac conditione appoſita tuetur, quod non ſit certum, animarum aliquas vſque ad iudicij diem non cruciari: imò certum eſſe quidam opinati poſsint, plurimi hinc emigrantibus durationem illam in Purgatorio eſſe conſtitutam.

Sunt enim eiuſmodi pronunciata apud Theologos non pauca, quæ licet quibuſdam ambigua, alijs tamen certa iudicantur, & ijs actio-

nes,

nes, ſententiæque aliæ nituntur. Exempli cauſſa. Controuerſum erat olim apud Theologos, an Pontifex haberet poteſtatem committendi Sacerdoti ſimplici adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis in caſu neceſsitatis: dubitabant multi: negabant aliqui, & quidem Viri pietate ac doctrinâ inſignes, Bonauentura, Durandus, Adrianus: Pontifices tamen, ijque optimi ac integerrimi, & inter eos Papa Gregorius ea poteſtate vſi ſunt. Non quod ſequerentur opinionem tantum probabilem, vt reor; ſed quod certò eam ſibi poteſtatem competere arbitrarentur. Item, Pontifices ſæpe diſpenſarunt cum Principibus, qui in religione approbata ſolenne caſtitatis votum emiſerant, vt matrimonium contraherent Quod de Conſtantia Rogerij Siciliæ Regis filia: de Caſimiro Poloniæ, & Ramiro Aragoniæ Regis F. de Nicolao Iuſtiniano nobili Veneto, alijſque hiſtoriæ prodiderunt. Nam licet Theologi contenderent, verum ſummus Pontifex in voto ſolenni caſtitatis diſpenſandi auctoritatem habeat,

certum

certum tamen ius diſpenſandi ſibi cō-petere Pontifex opinari potuit, atque ſecundum illud procedere.

Plura iſtiuſmodi adferri poſſent, quibus demonſtretur, prudenter quidpiam conſtitui, quod nititur fundamento alicuius ſententiæ, quæ aliquibus dubia videtur ac incerta. Atque ita in re præſenti non malè anniuerſaria animarum ſubſidia in omne æuum duraturi orbis curantur ex perſuaſione, quod ex animabus non paucæ, inter quas fortaſſe erit mea, tua, illius, ad vltimum iudicij diem ſint ignibus inuoluendi, nec antea liberandæ.

ACCEDIT omnibus iſtis, quod prudenter homo Chriſtianus, dum ſaluti animæ proſpectum cupit, vtatur opinione quorundam doctrina excellentium Doctorum probabili. Quod adeò certum exiſtimant Scholaſtici, vt id etiam obtinere velint in Sacramentorum adminiſtratione, quando neceſsitas vrget, idque communis Eccleſiæ conſuetudo confirmat. Vt liquet cùm infans baptizatur in manu duntaxat, eó quod aliæ partes non exeran-

M tur.

tur. Prætereà, cùm is, qui dedit ſigna contritionis in abſentiâ Sacerdotis, abſoluitur deinde à ſuperueniente, amiſſo rationis vſu. Adhæc, cùm Sacramentum extremę vnctionis confertur in dubio, an expirauerit æger.

Multo magis id verum eſt in alijs quibuſdam. Sic quando agitur de diſpenſationibus in impedimentis matrimonij, prudenter agere cenſetur Pontifex, quamuis non ſit omnimoda apud omnes certitudo poteſtatis, ſed ſolum magna probabilitas. Vt ſi petatur facultas contrahendi inter nouercam & priuignum: aut inter neptem & tritauum, ſi cui tantum ætatis ſuppeteret. Similiter, inter eos, quorum alter certo modo videtur impotens. Idem cernitur in conferendis certâ quantitate indulgentijs. Non enim planè conſtat, tantam menſuram, qualis aliquando nominatur in bullâ, conferri poſſe pro tam exiguo opere, in talem vel talem finem, ſeu ob talem cauſſam præſtito. Eſt tamen probabile, ac proinde, in prudentiam non peccatur, ſi concedat, qui auctoritatem habet.

Hiud

Haud diſpari ratione, vt talis vel talis forma contractus mihi ſit licita, & abſque peccato, vel prudentiæ læſione poſſit celebrari, ſatis eſt, iudicio Doctorũ probabile eſſe, quod ſit licita. Sic permittuntur, ac vſurpãtur cẽſus perſonales, cõtractus mercãtorũ triplex Societatis; varij contractus cambiorũ, retrouenditionis, emptionis anticipatâ venditi ſolutione, & ſimiles. Eodem modo, vt reor, licitum eſt adire hereditatẽ, ac capere legatum ex teſtamento minus ſolenni. Sunt eius generis plurima alia.

Nimirum in rebus humanis, vt quis licitè, prudenterque agat non requiritur ſemper certitudo abſoluta, ſed ſat eſt ſæpe numero probabilitas. Cùm itaque probabile ſit, animas quaſdam vſque ad iudicij diem detineri in Purgatorio, contra prudentiæ præſcriptum non cenſetur agere, qui ex ea perſuaſione annua ſubſidia toto tempore orbis in hoc ſtatu permanſuri, abſque reſtrictione in teſtamento firmare conatur.

PORRO ſciſcitanti, quid de illâ

ſententia ſtatuendum, quæ opinionem inducit, neminem vltra decennium in Purgatorio torqueri? Quidam reſpondent, proſcribendam eſſe ab Eccleſia, & graui cenſura notandam. Tum, quia ex varijs fide dignis relationibus habetur, aliquas iuſtorum animas diutius purgantes pænas perpeti. Tum, quia vſus Eccleſiæ videtur id ſupponere in ſuffragijs pro defunctis peculiaribus, qui ante complures annos deceſſerunt. In forma quoque concedendi indulgentias plurium annorum idem inſinuatur haud dubiè.

ET quidem Cardinalis Bellarminus lib. ſecundo de Purgatorio, poſtquã dixiſſet ſententiæ illi repugnare probatiſsimas viſiones Sanctorum apud V. Bedam lib. v. hiſtoriæ cap. 13. & Dionyſium Carthuſianum: & incontrarium eſſe Eccleſiæ conſuetudinem, quæ anniuerſaria ſacra celebrat pro defunctis, licet conſtet eos ante centum, vel ducentos annos mortuos eſſe, addit, non niſi temere poſſe terminum certum conſtitui. Idem lib. 2. de gemitu Columbæ, ſic ſcribit: *Purgatorij pænas*

ra d ecem, aut viginti annos extendi, & aſſe vltra centum, & vltra mille annos pagari poſſe non dubium eſt. Diuturnam tem eſſe commorationem probat ex rtulliano, qui libro de Anima cap. de Purgatorio, vt altera inferni te loquens, ſub inferni nomine, ibit: *In carcerem te mandet infernum, de non dimittaris, niſi modico quoque de- mora reſurrectionis expenſo.* Adde Cy- ianum, qui clarius de diuturnitate narum Purgatorij ſcribens epiſto- ecunda libri quarti, ſic habet: *Aliud ro peccatis longo tempore cruciatum pur- in igne, aliud peccata omnia paſsione gaſſe.*

Gregorius autem de Valentia ex line noſtro Theologus nobilis to- IV. Theologicorum commentario- de hac ipſa re diſputans, pronun- , ſententiam Dominici Soto non ſa- cautam eſſe. Nam alioqui, fruſtra uit, & ineptè oraret Eccleſia pro , qui fuêre mortui ante centum an- & ducentos.

Henricus verò Henriquez ex ea- noſtra familia Doctor inſignis lib. Summæ cap. 16. numero 4. aſſerit,

conſideratè loquutos,qui expiandis animabus certum tempus præſtituerint, vt decẽnium v.c. *Quod non ideò aſſerunt Catholici,ne prouentu anniuerſariorum fraudentur,* vt ca'umniatur Prædicans; ſed *quia abſolutè definiri nequit, quanto tempore hac vel illa anima in Purgatorio detineatur*: mentiturque Prædicans,dum ait, iudicio Catholicorum tam diu animas in Purgatorio cruciari, quoad illis perſoluuntur anniuerſaria iuſta : quibuſdam autem perpetuò perſolui, perpetuo igitur eas ex ſententia noſtrâ Purgatorij tormentis excarnificari. *Theſi* 105. *Theſi* 107.

Mitiſsimè Franciſcus Suarez ſummus hoc tempore multorum applauſu Theologus, tomo IV. in 3. par. diſp. 46. ſect. 4. cùm dixiſſet, quoſdam graui cenſura notare ſententiam illam Soti, eam refellit hoc potiſsimùm argumẽto, quod illa annorum menſura nullo fundamento nitatur, & coniecturæ Soti non magis probent de viginti vel decem, quàm de quinque, vel vno. Addit autem, hoc argumento non pro-

bari iudicium illud Soti eſſe erron
um, vel dignum al qua cenſura , (
eſſe incertum, ac voluntarium. *Q*
ego, inquit vir ille modeſtiſsimus, *v*
rum cenſeo Quamuis nec facile credena
conſeam reuelationes , quæ de diuturnit
harum pœnarum circumferuntur : præſ
tim ſi generaliter fiant de illis animabus,
non de vna, vel alia in particulari: in qui
facilius credi poteſt aliquando contingere,
pœnæ multo maiore tempore durent , qu
homines interdum cogitant. Quod ſatis eſ
vt ſuffragia poſt multos etiam annos fi
pro quibuſcumque animabus, quia iudi
DEI occulta ſunt. Quamuis fortaſſe conſ
ſuādō Eccleſiæ non in hoc ſolū fundatur, ſe
pietate, qui talia ſuffragia fieri præceperu
non ſolum propter ſuam vtilitatem, ſed eti
vt aliis prodeſſent, quando ipſi non indigere
vt ſuperius quoque diximus.

EGO ſanè omnibus magna dilige
tia inueſtigatis, & maturè perpen
cenſeo imprimis: Tempus quo anin
in Purgatorio detinentur planè i
certum eſſe; licet certum arbitrer,
las, quibus plus pœnæ perſoluendu
reſtat, diutius ibi, ſi cetera ſunt pari
permanſuras. Deinde prudenter
Ch

Chriſtianis moribus conſentaneè facere eos, qui non ſolùm in multa ſecula, ſed vſque ad mundi occaſum pro animabus ſuis, modo ſuperius indicato, ſacrificia ac ſuffragia procurant. Tandem, licet conſtaret pœnas illas vltra decennium non produci, omnibus tamen modis ſatagendum, vt quam primum nos, & amici omnes eripere-mur. Sunt enim, ſi vera memorant Patres, quibus credere par eſt, atrociſsimi, ac penè intolerabiles cruciatus. Vt benè ſcripſerit Cæſarius Arelatenſis: *Dicet aliquis, non ad me pertinet, quam diu moras traham, tantum, vt ad vitam æternam perueniam. Nemo hoc dicat, fratres chariſsimi, quia ille ipſe purgatorius ignis durior erit, quàm quod poteſt pœnarum in hoc ſeculo aut ſentiri, aut videri, aut cogitari.* Cæſ. hom. 8.

Vulgatū eſt quoque quod Auctor epiſtolæ ſub nomine Cyrilli ad D. Auguſtinū, tomo IX. operum S. Hieronymi ſibi confirmatum à quodam teſtatur, qui reuixerat impoſitione cilicij S. Hieronymi, dum cadaueri imponeretur; Si viuentes ſcirent atrocitatem pœnarum Purgatorij, præoptarent omnes ſimul pœnas & tormenta pati

vſque ad finem mundi, quas on
homines huc vſque pertulerunt, q
vnô die eſſe in Purgatorio; & mir
illius pœna cruciari. Quod ſi ver
profectò ſuppliciter à miſericor
rum Patre ſæpe ſæpius petere po
mus: A Purgatorij cruciatu libera
Domine.

SERMO VIII.

DE

Funeris Solennitate,

ET

An proſit animabus defunctoru
Sacra Sepultura?

Mortuo ne prohibeas gratiam.
Eccleſ[ci]. VII. 37.

STABILITIS de Purgatorio
quæ ad illius fidem, locum,

pus, ac cruciatuum qualitatem videri poterant minus firma, ventum eſt ad diſceptationem illam, quæ de præſidiis, quibus iuuantur animæ in purgatricibus flammis detentæ à Theologis inſtituitur, & ſuffragiorum titulo pertractatur à Doctoribus Scholaſticis vberius. In qua cùm Doctor noſter Aquinas quattuordecim omninò articulis copiosè ſubtiliterque, vt ſemper diſputatorem agat, ſi quotannis vel vnus ex ijs ſeligatur, qui paulo fuſius explicetur, quando vnquam Oratori ſacro deeſſe poterit de mortuis ad Purgatorium religatis dicendi materia? Sed nobis non eſt propoſitum ad Doctoris Angelici ordinem religioſius dictionem noſtrã adſtringere, de quo ne quidem in Theologicis ſcholis nobis legẽ diximus. Quocirca vt diſpoſitione propria nobis æquè ac auditoribus ſatis fiat, ab ijs ducatur initum, quæ recens extincto ſunt propiora.

INTER quæ primum eſt funeris ac ſepulturæ ſolennitas, de qua hæc eſt digna Theologo, veſtriſque auribus ac

mentibus diſquiſitio: *An animabus functorum proſit, ſepeliendi certis in locis cum ſacris ceremoniÿs ritus?* Hic nolim audire Nouatores, quibus, vt in ce ris, ſic in hac re quoque diſplicet tiquitas, & vniuerſè pronunciant: ram eſſe ſuperſtitionem, velle ſepe in vno loco potius, quàm in alte aut in locis DEO vel Sanctis dica cùm locus vnus, inquiunt, nihilo ctior ſit alio: impium autem putāt tire vel docere quod id proſit def ctorum animabus. Quod eſt effat Petri Vermilij Caluiniſtæ celel commentantis in epiſtolæ prioris Corinthios caput 15. ac locis comn nibus, quem non pudet coarguer Auguſtinum, quod aliter ſenſerit, que ſcripſerit. Et nos, inquit, il planè non recipimus. Petrus quo Viretus eiuſdem ſectæ homo peſtil in ſuis inſtructionibus idem irric ac reprobat. Cuius verba, vt alior recitat Franciſcus Feu-ardentius Theomachia Caluiniſtica libro x

HAVSERVNT hoc dogma, vt a pleraq; in ſchola Caluini, qui ne qu

in te

in templũ inferri cadauer voluit. Sic enim ſcribit ad Mompelgartenſes epiſtola quinquageſima prima. In ſepultura mortuorum hanc velim moderationem adhiberi, ne in templum funus deferatur. An metuebat homo nefarius ne ſuorum quiſpiam ſacri loci admonitu defuncto benè precaretur, ac requiem æternam exoptaret? Eſt autem illud luculentum mendacium Hoſpiniani Caluiniſtæ in Centone ſuo de origine templorum lib.3.cap.1.ſcribentis fidenter, morem ſepeliendi mortuos in templis natum eſſe ex auaritia Sacerdotum. Quod falſum eſſe ex ijs etiam quæ hic ſubiungemus palam fiet. Antiquiores Caluiniſtis quidam in Bohemia hæretici morem eundem reprehendebant, vt habet Aeneas Syluius in Originibus Bohemor. *De orig. Bohe.c.35.*

ORTHODOXORVM hæc eſt ſententia. Sepeliri in locis DEI cultui & Sanctorum conſecratis, idque exoptare, ac præſcribere in teſtamento ad ſuperſtitionem minimè pertinere, ſed eſſe pium, fideique Sacroſanctæ con-

ſentaneum, defunctis vtile, viuis
latium. Huius rei gratia OBSERV
Sepulturæ finem alium eſſe politi
alium religioſum: vtrumque variu
ſiue ſuperſtites ſpectemus, ſiue
mortuos: ſiue corpus, ſiue animã. Fi
politicus imprimis eſt honeſtas pu
ca, quæ non ſinit corpora incompo
omniũ oculis exponi, & iacere nu
Partes corporis quaſdã non defun
minus quã viuẽtibus tegi verecun
imperat: leges vetant vel pictura
primi. Quæ leges vtinã vigerent,
conſpicerentur, ſiue in priuatorũ a
bus, ſiue magnatũ palatijs, nuda, n
diſcrimine virorũ, alteriuſ-ue ſe
quod fœdũ, ac deteſtandum, corp
Romani olim, quãuis gẽtiles Chri
nis quibuſdã huius tẽporis religio
res vetabant ne in cõmuni balneo
uarentur parẽtes cum filijs, eaden
cauſsâ, ob quam corpora ſepeliri
uenit, quoniam indecorum eſt à
conſpici in maioribus, quæ pudor
lari præcipit.

Deinde, ad finem eundem ſpecta
nitas, quæ infecto cadauerũ paſsin
centiũ & inſepultorũ fœtoribus

non eſſet tuta à contagione. Hinc lues & peſtilitas bellorum tempore, vel cũ greges mortui in agris cõputreſcunt, piſces in littore. Huc reſpiciebat Seneca, libro de remedio fortunæ: *Non defunctorum cauſſa*, inquit, *ſed viuorum inuenta eſt ſepultura, vt corpora & viſu & odore fœda amouerentur.* Quocirca, quæ monumenta, non nemo munimenta vocari poſſe exiſtimat, à muniendo. Hoc etiam adiungatur, ſi inſepulta iacerẽt cadauera, magna vbique eſſet luporũ canum que rabidorum multitudo, quæ ad carnes humanas deuorandas accurrerent: vnde certiſsimum vitæ multorum crearetur periculum.

FINIS politicus ad viuorum quoq; ſolatia extẽditur, dum carorum cadaueribus honeſtè, ac honorificè ſepeliendis operadatur. Cauſſam hanc adſignat S. Auguſtinus libro de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum cap. 2. *Omnia iſta*, ait, *id eſt, curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum magis viuorum ſolatia ſunt, quem ſubſidia mortuorũ.* Ad idem exſtimulat affectus humanitatis ac amoris cuius teſtimonia ſunt ſepulturæ propinquorum.

Arte.

Artemiſia Cariæ Regina cũ Mauſolo marito ſepulchrum auguſtiſsimum, à quo mauſolæa deinde Regum ſepulchra appellata ſunt, excitaſſet, non contenta hoc caritatis officio, cineres mariti ex potu hauſit, & mortui reliquias in pectoris ac cordis reconditorio repoſuit. Vtrumque ad defuncti viuam memoriam, ſui ſolatiũ, & amoris, ac fidei coniugalis teſtimonium. Hæc & illi ſpectabant, qui carorum cineres non tumulo ſolùm, ſed ſtatuis etiam honorabant. Vnde omnis idololatriæ initium. *Acerbo enim luctu dolens pater citò ſibi rapti filij fecit imaginem, & illam, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam DEVM colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos, Sacra & ſa-*
Sap. 14. 15. *crificia*, Sapientiæ XIV.

IAM verò finis religioſus ſepulturæ vel viuos reſpicit, vel mortuos. Si viuos, eſt fides ac ſpes reſurrectionis futuræ: tum mortis pia meditatio. Si mortuos, animarum ſalus ac ſubſidium. Sunt ſepulchra fidei ac ſpei teſſeræ, ſunt etiam ſymbola, quæ reſurrectionem futuram ſignificant. *Vt cor-*

pori-

pori, inquit Auguſtinus de cura pro mortuis *ſed tamen vt reſurrecturo, & in æternitate manſuro impenſum huiuſmodi officium, ſit etiam quodammodo eiuſdem fidei teſtimonium.* Viua autem eſt in ſepulchrorũ intuitu mortis memoria, vt quaſi mẽtẽ mouentia monimẽta Latinis dicta quidam haud ineptè opinentur.

PORRO ſepulturæ ritum, ſi certo in loco fiat, valere ad ſubſidium defunctorum, & animarum ſalutem, vt citius è Purgatorij cauernis educantur apud catholicos Theologos in confeſſo eſt. Siquidem docent ex Patrum antiquorum conſenſu, ſepeliri in locis ſacris, ac Sanctorum memoriæ conſecratis prodeſſe quibuſdam, obeſſe alijs: prodeſſe probis in Chriſtoque mortuis, quos aliqui mediocriter bonos vocant: obeſſe improbis, ſeu valde ſceleratis, ac ſine pœnitudine mortuis. Ita iam olim alijs verbis reſpondit Magnus Papa Gregorius. Apud quem lib. IV. Dialogorum cap. 50. inquirit Petrus: *An proſit animabus mortuorum ſi corpora in Eccleſia ſint ſepulta?* Reſpondet quæſtioni Pontifex. Quos

gra-

grauia peccata non deprimunt, hos commodum pro animabus inde accipere. Nam quos peccata grauia deprimunt, nō ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in Eccleſijs ponuntur. Quod poſterius membrum ſequentibus capitibus per exemplá probat. Et ſanè ſunt aliquot quæ horrorem incutiunt.

Vt illud de fœmina ſanctimoniali à linguæ procacia, & ſtultiloquio infami. Hanc in templo ſepultam vidit cuſtos Eccleſiæ per reuelationem deduci ad altare, & ibi duas in partes diſſecari: quarum altera igne cremabatur, altera intacta remanebat. Et quidem ſequenti die veſtigia flammarum marmor retinuit. Adiungit Gregorius: *Qua ex re apertè datur intelligi, quia hi, quibus peccata remiſſa non fuerint ad euitandum iudicium ſacris locis poſt mortem non valent adiuuari.*

Illud quoque de Valeriano Patricio, qui vſque ad ætatem decrepitam *leuis & lubricus extitit*, ait S. Gregorius, modiumque ſuis prauitatibus ponere con-

contempſit. Eadem verò nocte, qua ſepultus eſt, B. Fauſtinus martyr in cuius Eccleſia corpus illius fuerat humatũ cuſtodi ſuo apparuit dicens, vade, & dic Epiſcopo, qui ob id pecuniam accepit, vt proijciat hinc fœtentes carnes, quas hic poſuit: quod ſi non fecerit, die trigeſimo ipſe morietur. Quam viſionem cuſtos timuit Epiſcopo referre, & rurſus admonitus declinauit: die autem trigeſimo Epiſcopus, cùm veſperi ſanus atque incolumis ad lectum iuiſſet, ſubitâ & inopinata morte defunctus eſt.

Valentini etiam Mediolanenſis Eccleſiæ defenſoris, hominis lubricíſsimi, ac leuiſsimi defunctum corpus, cũ in Eccleſia B. Martyris Syri ſepultum eſſet, nocte media ibidem exauditæ ſunt voces veluti violenter foras eiecti; ad quas cùm accurriſſent cuſtodes viderunt duos deterrimos Spiritus Valentinum clamantem ac vociferantem foras pedibus reuinctum extrahentes: ac poſtridie mane effoſſâ terrâ, ſepulchrum vacuũ reperere, cadauer verò ipſum extra Eccleſiam

in

in alium locum reuera exportatum manibus adhuc pedibuſque ligatis.

Non minorem fidem meretur iſtud de tinctore, qui ſepultus in templo S. Ianuarij, nocte clamare cœpit audiente cuſtode, ardeo, ardeo. Cuſtos narrat vxori. Illa ad contribules pergit, eoſq; ad ſepulchrũ mittit. Sepulchrũ aperiunt, veſtes vident, corpus nullibi. Qua ex re colligẽdũ monet D. Gregorius, quã vltione anima eius dãnata ſit, cuius & caro eſt ab Eccleſiã proiecta. Sacra loca igitur ſepultis nõ proſunt, quãdo hi, qui indigni ſunt ex ijſdem diuinitus proijciuntur.

QVOD accidit etiam Sacerdoti illi, cuius eſt mentio in epiſtola Cyrilli ad Auguſtinum, in qua refertur ebrioſum illum, luxurioſumque cum alijs ſepultum, iuſſo S. Hieronymi ſubitò apparentis refoſſum, extractum, flammis traditum, concrematumque fuiſſe ad peſtilentiam diſcutiendam.

RECENTIVS eſt, quod auorum memoria accidit in regno Congo, deſcriptum à Petro Iarrico tomo ſecundo Theſauri rerum Indicarum.

Rex

Rex Aluarus licet Chriſtianus, quod iuuenili licentia efferueſceret, & parum firmas in fide radices egiſſet, voluptatibus plus nimio, cùm à nemine officij commonefieret, habenas laxabat: diuina deſpiciebant, ad idololatriã iterum aſpirabat, eoque deducta res erat, vt iam de fide publicè deſerendâ ageretur. Ad eam dementiam Regem adduxerant tum alij quidam deliri adoleſcentes, tum imprimis Franciſcus Bullamaterius illi conſanguineus. Sed diuinæ bonitati ac clementiæ obicem huic molimini obijcere viſum, dum in nefarij huius conſilij auctorẽ ſuaſoremque grauiſsimè animaduertit. Mors enim improbum iuuenem peccatis inuolutum, & blaſphemantem improuiſò oppreſsit.

Mortuum Rex, quamuis publicum fidei deſertorem, quod ſibi affinitate iunctus eſſet, ſolenniter in S. Crucis templo condi iuſsit. Sed res ſubinde accidit admirabilis, quæ veluti frenum eos, qui fidem iam iam abiuraturi erant, retinebat, & qui in eadem nutabundi vacillabant, confirmabat.

Nocte

Nocte enim poſt ſepulturam primâ, magno fragore excitato, magnaque violentia Dæmones templum ingrediuntur, vt eminus audiri poſſent. Hic templi tectum perfringere, ſtoreas è quibus conſtructum erat fruſtratim comminuere, impium cadauer tumulo eruere, & ſecum, flammis, vt creditur infernalibus, vna cum animâ vſtulandum, abripere. Poſtridie tota ciuitas hoc repentino de nocte fragore excitata ad templum ſpectandi gratia confluit. Hic tectum perfractum, tumulum vacuum, corpus ablatum demiratur. Nemo quo delatum eſſet, nouerat. Sed omnes conſternatos magnus inceſſit metus: vt Rex, & quotquot in fide ancipites fluctuabant, ducti pœnitentiâ ab impio propoſito deſtiterint; & alij de fide Chriſtianâ rectius, quàm antea ſentirent.

QVOMODO autem obſit alijs Sacra ſcriptura explicat Papa Gregorius libro indicato cap. 52. his verbis: *Ex qua re collige Petre, quia hi, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe fa-*

ſe faciant , reſtat , vt etiam de ſuâ præſumptione iudicentur , quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſe In eundem ſenſum S. Thomas in ſupplemento quæſt. LXXI. art. II. ad 5. reſpondet, ſepulturam in loco ſacro impio defuncto non nocere , niſi *quatenus hanc ſepulturam ſibi indignam propter humanam gloriam procurauit.* Quare arrogantiæ , temeritatiſque meritò accuſantur , qui in loco ſacro ſepulturam ambiunt, qua indigni ſunt , ac ſepulti audire merentur , *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialē? ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. foris canes. foris canes.* Mat. 22. 13 Apoc. 22. 15.

EANDEM ob cauſſam detrimentoſa poteſt eſſe crimino ſis quibuſdam omnis illa funeris ſolennis pompa: Religioſorum ac linteatorum longus ordo , & comitatus , æris campani compulſatio ac ſtrepitus, cereorum prælatio , harmonicus complorantium concentus, & ſimilia. Non id dicerem, niſi Patronum laudare poſſem fide digniſsimum Religioſorum Patri-

triarcham antiquiſsimum Pachomium, de quo hoc refertur in Vitis Patrum.

Vita PP. l. 1 Vita Pachomij ca. 34.

CVM viſitaret monaſteria antiquiſſimo inſtituto, occurrit fortè, cùm funus offerretur, exequijs fratris cuiuſdam, qui vitam ſuam negligenter conſumpſerat. Fratres autem monaſterij illius funus proſequebantur honorificè, pſalmos ſolitos concinentes, præſentibus quoque defuncti parentibus & propinquis. Qui cùm vidiſſent Pachomium, feretrum continuò depoſuerunt, vt tam pro mortuo, quam pro ſe Domino ſupplicaret. Qui mox vt orationem debitam DEO perſoluit, conuerſus ad Fratres, ait, deſinite pſallere. Tum defuncti veſtiméta ſplendida, quibus indutus erat præcepit auferri, quæ coram omnibus fecit exuri; atque ita cadauer efferri iuſſit, ac ſine pſalmodia ſepeliri.

Igitur Fratres, cum parentibus eius & vniuerſis, qui aderant, nouum genus ſpectaculi contuentes, & obſtupefacti nimium precabantur ſenem, vt conſuetam ſuper eum pſalmodiam cele-

celebrari permitteret. Quibus, cùm non adquieſceret, cœperunt parentes defuncti culpantes eum, dicere: Quod eſt hoc ſpectaculũ nouum? quis mortui non miſereatur, licet ſit inimicus? Sufficiẽs per ſe ipſa eſt calamitas. Noli, quæſumus, inferre mortuo, quod nec belluæ facerent, nec tuam cõdecet penitus ſanctitatem. Nam & nos hinc notamur maximo opprobrio, aliaque quam plurima ſuſpicionum probra naſcuntur. Vtinam nunquam ad hunc locum veniſſemus! vtinã nec iſte Monachus eſſet effectus! non hunc æternum nobis dolorem infligeret. Rogamus igitur, vt ſolitam nobis pſalmodiam reſtituas.

Quibus reſpondens, ait, verè Fratres, & filij, plus vobis præſentis mortui miſereor, intantum, vt vobis de viſibili re, ac temporali curantibus, ego de inuiſibili eius ſubſtantia ſolicitudinem geram: & idcirco, hæc erga eum fieri decernam. Et vos quidem maiores ei dolores per hunc honorẽ, quem putatis, adquiritis. Ego autem quantulamcunque ei requiem vel ſa-

tisfactionem per hanc iniuriam præparo. Propter quod non curo, quod pro exanimi corpuſculo, & circa illud multa fiant; ſed pro immortali eius anim.â ſatago, quę hanc carnem rurſus in reſurrectione receptura eſt incorruptam, & integram. Alias autem, ſi hoc, quod vultis, annuero, veluti placens hominibus iudicabor: atque vt ad præſens vobis ſatisfeciſſe videar, id diſpicio, quod ei prodeſſe poterit in futuro.

Fons enim bonitatis DEVS noſter exiſtens occaſiones quærit, per quas opulenta ſuper nos dona pietatis ſuæ effundat, remittatq; nobis peccata, nõ ſolum in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro. Nam cùm dicat in Euangelio: *Qui blaſphemauerit in Spiritũ Sanctũ non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.* Matt. xII. dat indubitantur intelligi, quod ſint quædã delicta, quæ poſſunt & poſt hanc vitã, ſi pro ijs ſupplicetur, ignoſci. Nos igitur quos dignos iudicauit Chriſti potentia diuinæ ſuæ diſpẽſationis exercere medicinã, ſi nõ vnicuique cõgruens adiutoriũ proferamus,

pro-

profectò, veluti contẽptores æſtimabimur, & audiemus illud, quod ſcriptũ eſt in Propheta: *Videte contẽptores, & admiramini, & diſperdimini*, Habacuck 1. Et ideò, quæſo, ſinite defunctũ à proprijs malis aliquatenus exui, & quantulamcunque requiẽ in illo futuro examine promereri. Sepelite ergo eũ ſine pſalmis, vt dixi. Potens eſt enim DEVS, benignus & clemens, multumq́; miſericors pro ſupplicatione noſtræ paruitatis, eum in æternã ſuam requiem collocare. Hæc cum dixiſſet Senex abiecerunt cadauer, & ſecundum quod præceperat, in monte, vbi erant parata monumenta ſepeliri curarunt, lugubri ſpectaculo.

HANC ego Pachomij doctrinam, cùm ad Theologiæ trutinam reuocarem, vt debent plurima, quæ in Eremiticis monumentis reperiuntur, ne ſuperſtitio, religionis loco, imbibatur, haud aliter, quàm ex S. Thomæ ſentẽtia explicandã cenſebam: obeſſe potuiſſe honorificã funeris põpam, in quâ ſolennis pſalmodia, quod ea ex ambitione potius, faſtúq́;, quâ defũcti, quâ

amicorum perſolueretur. Quod etiam annotatum inuenio à viro Ordinis noſtri erudito Heriberto Roſvveydo, qui libros decem hiſtoriam eremiticam complectentes, auctoribus ſuis, ac nitori priſtino reſtitutos notationibus illuſtrauit.

CETERVM, ob contrarium affectũ cõ modi plurimum adferre poteſt defuncto, non ſacra ac honorifica, ſed profana ac vilis, quæ pecudum videri poſſet, ſepultura, ſi illam quis peccati grauioris, aut etiam leuioris ſibi cõſcius expetat, & antequam è viuis excedat procuret. Certum enim eſt, humiliatione, ac ſui contemptu mereri dũ adhuc ſunt in viuis, vt facilius expientur poſt mortem piorum ſpiritus. Animaduertit hoc ingenioſè Auguſtin. lib. pro mortuis, deque ipſorum cura ad Paulinum. c. 1.

Nam cùm Paulinus obieciſſet, non videri poſſe iuuari defunctorum animas ſacrâ ſepulturâ, quæ ab alijs poſt mortẽ curatur: id enim contrarium videri Apoſtolicæ illæ cenſuræ: *Omnes adſtabimus ante tribunal Chriſti, vt ferat vnuſquiſq; ſecũdum ea, quæ per corpus geſſit, ſiue*

ſiue bonum, ſiue malum. 2. ad Corinth. v. c. Quippe hæc ſententia admonet fieri ante mortem: non tunc, quando iam recipiendum eſt, quod quiſque geſsit ante mortem. Reſpõdet Auguſt. quoniam quodam vitæ genere adquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos: per hoc, ſecundũ ea, quæ per corpus geſſerũt, eis, quæ poſt corpus religioſè illis facta fuerunt, adiuuantur.

Hoc haud dubiè ſpectauit Marcellinus Pontifex Maximus: qui ſceleris, ex thure Dijs oblato perſequutione graſſante ſibi conſcius, ſepeliri ſe vetuit, ſed voluit proijci vt iumentum ſaluti id animæ profututum credens.

LVTETIAE Pariſiorum oſtendi ferunt rerum Gallicarum curioſi in foro frumentario (ni fallor) os cloacæ in quâ ſepeliri ſe iuſſerit, qui Regi ſolicito ob anguſtias rei pecuniariæ, ſuaſerat, vt ex minutis quibuſque rebus, quas ruſtici in vrbem deferunt, vnum alterum-ue numum æreum exigeret, idque duntaxat in bien-

nium: cum ſcilicet animaduertiſſet, hortatu ſuo non remitti, quod ſemel cœptum erat: imò plures eo exemplo exactiones excogitatas eſſe. Nimirum, fori illius ſordibus commaculari ac inuolui voluit, in quo manet etiamnum in diem hunc (vt perhibēt) pecuniariæ illius extorſionis exequutio. Ita concilij ſui malignitatem caſtigans, vt DEVM in altera vita haberet propitium.

HVC etiam refero, quod eſt libro VI. Vitarum SS. Patrum, auctore Græco, cuius interpretem egit Ioannes S. R. Eccleſiæ Subdiaconus. Narrauit quidam Patrum, inquit, quia erat aliquis ſolitarius in eremo Nicopoleos, & miniſtrabat ei quidam ſécularis, ſed fidelis. Erat autem & in eadem ciuitate homo, qui erat diues & impius. Contigit autem vt moreretur diues ille, & ducebat eum tota ciuitas, ſimul & Epiſcopus cum lampadibus. Egreſſus eſt autem ille etiam, qui miniſtrabat ſolitario ſecundum conſuetudinem portans illi panes, & inuenit, quia comederat eum bellua, & cecidit

dit in faciem ſuam in conſpectu Domini dicens: Non ſurgam hinc, donec demonſtretur mihi à DEO, quæ ſunt hæc: quia impius ille talem apparatum habuit in deducendo; hic verò, qui ſeruiuit tibi die ac nocte iſta pertulit. Et ecce Angelus Domini veniẽs dixit ei. Ille impius habuit paruum opus bonum in hoc ſeculo, & recepit illud hic, vt illic nullam requiem inueniat: iſte autem Solitarius, quia homo erat ornatus omni virtute, habens tamen & ipſe vt homo, modicum aliquid culpæ, recepit illud hic, vt ibi inueniatur purus coram DEO. Et ita conſolatus in his verbis, abijt glorificans DEVM ſuper iudicia eius, quia vera ſunt.

EODEM intuitu, & ad aliorũ exemplum ac terrorem reor Gregorium Papam, Monachum proprietarium in fimeto cum aliquot nonnullis ſepeliri voluiſſe.

AN eandẽ ob cauſſam Rex Manaſſes tot criminũ reus, pœnitens deinde, & cum DEO in gratiam reſtitutus, non fuit ſepultus, ipſo fortaſſe poſtulãte,

in ſepulchris Patrum ſuorum, ſed in priuato 2. Regum 21. 18. *Dormiuit Manaſſes cum Patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza*, vt ſcribitur lib. IV. Reg. cap. XXI.

HIS ita conſtitutis, quod plurimũ emolumẽti ſpiritualis ex ſacra ſepultura ad piorum animas deriuetur, oſtendit, ſi non à natura inſitum omnibus, certè à religione infuſum fidelibus, ac bonis deſiderium, quo flagrãt, vt loco aliquo ad cultum religionis deſtinato cadauer poſt obitum conſignetur. Quod ne recens exiſtimetur, & à ſuperſtitione profectum, repetamus ab orbis incunabulis ad nos deductam memoriam.

ADAM primus omniũ parens, ſepeliri voluit, vt traditione antiquiſsima habetur, in mõte Caluariæ, Golgotha quondam dicto. Quod ex Latinis ſcripſerunt, Tertullianus lib. ſecundo carminum aduerſus Marcionẽ, Cyprianus tractatu de operib. Cardinalibus Chriſti. Ambroſ. epiſt. IX. Auguſt. ſermone LXXI. de tẽpore, Hieron. epiſt. ad Marcellã, E Græcis, Origenes tra-
ctatu

ctatu xxxv. in Matthæum, Baſilius cõment. in 5. Iſaiæ. Athanaſ. ſermone de Paſsione ac Cruce. Epiphanius hęreſi XLVI. Chryſoſt. homil. LXXXIV. in Ioann. Quo fine? fas eſt ſuſpicari cum nõnullis, quod reuelatione didiciſſet, CHRISTVM Saluatorem, cuius fide ad ſalutarem pœnitentiam perductus erat, montem illum ſua morte ac ſanguine ſanctificaturum tandem aliquando.

IACOBVS Patriarcha morti proximus Ioſephum ſuum ita adiurando alloquitur: *Facies mihi miſericordiam & veritatem, ut non ſepelias me in Ægypto, ſed dormiam cum Patribus meis, & auferas me de terrâ hac, condaſque in ſepulcrò maiorum meorum.* Geneſis XLVII. 30. deinde reliquos filios: *Sepelite me cum Patribus meis in ſpeluncâ duplici, quæ eſt in agro Ephron.* Geneſis XLIX. 30. Quærunt ſolicitè Interpretes SS. cur tãtoperè cupiuerit Iacob ſepeliri corpus ſuum in terra Chanaã. Omitto cauſſam, quam habet Theodoretus, Oleaſter, alij. Placet illa, quæ proponitur ab Auctore hiſtoriæ Eccleſiaſticæ

cap.100. qui ita ſcribit. *Cura fuit Sanctis illis ſepeliri in terra Chanaan, in quâ ſciebant Chriſtum moriturum & reſurrecturum, vt cum eo reſurgerent.* Diſtat verò Abrahamium (id eſt) locus vbi ſepultus fuit Abraham iuxta Hebron à monte Caluariæ triginta fermè milliaribus.

Hoc ipſum pluribus tradit Lyranus: Et *non ſolùm*, inquit *propter Abrahã & Iſaac illic ſepultos deſiderabat Iacob ibidẽ ſepeliri; ſed principaliter, quod in illa terra redemptio generis humani peragenda erat à Chriſto qui in ea terra naſciturus, & conuerſaturus, & moriturus & reſurrecturus erat, de quibus Iacob habuit fidem & notitiam aliquam. Forſitan etiam videbat in Spiritu, Chriſto reſurgente multos de mortuis cum eo reſurrecturos, de quorum numero etiam ipſe ſe fore ſperabat.* Idem refert, atque adprobat Epiſcopus Abulenſis.

Eadem fuêre hominum Deo carorum vota tempore legis ſcriptæ, ac poſterioribus temporibus. Optabant nimirum, non ſolùm in Palæſtina, quã peculiari modo non ſolùm ſanctificatam non ignorabant, ſed in ſanctiore aliquâ eius parte ſepeliri: gaudebantque

que eo in loco tumulari, quem patres ipſorum, vera religione inſignes attactu ſuo quodammodo conſecrarant.

Hinc illa in diuinis litteris frequēter occurrunt: *Mortuus eſt, & poſitus ad Patres ſuos*: aut, *ad populum ſuum*: aut, *ſepultus in ſepulchro Patrum ſuorum.* Et ſunt ſanè, qui exiſtimant aliquod eſſe pro ſalute Salomonis argumentum, quod in Sacra-Scriptura dicatur ſepultus in loco, qui alios Reges iuſtos receperat. Libro tertio Regum XI. 43. *Dormiuit Salomon cum Patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui,* Ex quo loco ſic deducit Bachiarius Salomonis ſaluationem: *Veniam ex hoc conſequutum eſſe agnoſcimus, quia cum ſolutus fuiſſet à corpore, ſepultum illum inter Regum Iſraelitarum corpora Scriptura commemorat. Quod tamen alibi peccatoribus regibus abnegatum eſſe cognoſcimus, qui vſque in finem vitæ ſuæ in propoſiti peruerſitate permanſerunt. Et ideò quia inter Reges iuſtos meruit ſepeliri, non fuit alienus à veniâ.*

Robur hæc accipiunt ex aliorum Regum obitu ac ſepultura. Nam Amō Rex impius ſepultus eſt in horto Oza

lib. IV. Reg. XXI. 26. neque dicitur appoſitus ad patres ſuos. Et Ioram ſecundo Paralipomenon XXI. 20. ambulauit non rectè, & licet ſepeliuerint eum in ciuitate Dauid, verumtamen non in ſepulcro regum. Item peſſimus Ioas non eſt appoſitus ad patres ſuos, & quamuis ſepeliuerunt eum in ciuitate Dauid, non tamen in ſepulchris regum lib. 2. Paralip. XXIV. 25.

VIGVIT etiam ſemper in Chriſtianorũ animis hæc perſuaſio, animabus nondum plenè expiatis perquam fructuoſum eſſe in loco ſacro corpus depoſuiſſe. Scribit Euſebius lib. IV. vitæ Conſtantini M. exoptaſſe Imperatorem illum fidelem ac pium in loco Apoſtolorum memoriæ dedicato condi. *Quem votis*, inquit, *expetiuit locum Apoſtolorum memoria celebrem, conſequutus eſt.*

Quo loco, &, ob quam cauſſam, nó in alio, S. Ambroſius Satyrum fratrem tumulauerit, narrat Dungalus vetus Scriptor qui nuper in tomo I. Auctuarij ad Bibliothecam SS. Patrum lucem aſpexit in libro contra Claudiũ Taurinen-

nenſem ad Ludouicum Pium, vbi hunc in modum ſcribit: *Idcirco*, id eſt, ſubſidij à Martyre impetrandi gratia, Ambroſius ſuum fratrem Satyrum, quem nimium dilexerat, iuxta S. Martyrem Victorem ſepeliuit, ac dictauit epitaphium hoc tetraſticho expreſſum.

Vranio Satyro ſupremum frater honorem
Martyris ad laeuam detulit Ambroſius.
Hac meriti merces, vt ſacri ſanguinis humor
Finitimas penetrans abluat exuuias.

Ipſe quoque S. Ambroſius in baſilica à ſe erecta, in quam tranſtulerat corpora SS. Martyrum Geruaſij & Protaſii ſibi ſepulcrum elegit: idque ex maiorum inſtituto, vt ipſe adfirmat, ſiue Maximus Taurinenſis ſermone LXXVII. inter Ambroſianos: cuius hæc ſunt verba: *Ideò à maioribus prouiſum eſt, vt Sanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus, vt dum illos tartara metuunt, nos pœna non tangat: dum illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum ſanctis ergo Martyribus quieſcentes euadimus inferni tenebras eorum proprijs meritis, attamen conſocij ſanctitate.*

S. Ambroſium fratri ſuo Satyro tam

ſolicitè de ſepultura ſacra prouidentem imitatus videtur S. Paulinus, qui ad finem panegyrici Celſo puero dicti ita canit:

Quem Complutenſi mandauimus vrbe propinquis
Coniunctum tumuli fœdere Martyribus.
Vt de vicino Sanctorum ſanguine ducat,
Quo noſtras illo purgat in igne animas.

Beata quoque Macrina S. Gregorij Nyſſeni ſoror ob eundem dubio procul finem in baſilica Martyrum ſepulta eſt, quemadmodum & parentes illius.

FLORA matrona nobilis ac opulenta, cum curaſſet filium ſuum Cynegium humo mandari in eccleſia, S. Felicis Epiſcopi memoriæ dicata, quæſiuit à Paulino Epiſcopo, an id eſſet, profuturum animæ fili ſui defuncti? Annuit Paulinus, qui deinde Auguſtini ſententiam exquiſiuit. Hic non contentus reſpondiſſe, quod ſat fuiſſet epiſtolio, librum conſcripſit non paucorum capitum, in quo copiosè de totâ hac materia diſputat.

Ex quo diſcimus, quomodo animabus iam defunctorum hæc ſepulturæ ſacræ ceremonia ſit ſubſidio. Poſſet enim quis exiſtimare, locum ipſum per ſeſe, ac vi ſua plurimum valere, proindeque directè animabus opem ferre. Quod ſi verum eſſet, conſequeretur inde, ſepulturam ſacram ex opere operato, vt loquuntur Theologi defunctis prodeſſe. Quomodo ſacramenta legis Chriſtianæ gratiam conferunt: & quorundam ſententia liberali Sacramentalia venialium peccatorum condonationem. Cenſent enim nonnulli, per aquam luſtralem, quæ inter Sacramentalia locum haud poſtremum obtinet, veniales noxas, dum corporis pars aliqua ritè aſpergitur, aboleri, ipſa illa aſperſionis actione.

VERVM, ad ſepulturam ſacram id transferri non debere in confeſſo eſt. Quocirca Theologicè reſpondet S. Thomas: Quod ſepultura in loco ſacrato mortuo prodeſt, nō quidē eſt ex ipſo opere operato, hoc eſt, ex vi vir-

virtuteq́ue loci, vbi cadauer conditur, ſed magis ex opere operantis. Nimirum, dum ſe, vel ipſe defunctus, vel alius corpus eius tumulari in loco ſacro diſponens, patrocinio alicuius Sancti eum committit. Cuius precibus per hoc credendum eſt eum adiuuari. Et adiutorio quoque eorum, qui loco ſacro deſeruiunt. Siquidem pro inibi ſepultis frequentius ac ſpecialius orant.

Suppl. q. 71. a. 11.

Scripſerat hoc multo ante B. Paulinus apud S. Auguſtinum, libro indicato de cura pro mortuis: vbi initio: *Dicis*, inquit, *videri tibi nō eſſe inanes motus animorū religioſorū, atque fidelium pro ſuis iſta curantium. Adiungis etiam vacare non poſſe, quod vniuerſa pro defunctis Eccleſia ſupplicare conſueuit. Vt hinc & illud conijci poſsit, homini prodeſſe poſt mortem, ſi fide ſuorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam iſto modo quæſita Sanctorum.*

IDEM alijs verbis dicit Papa Gregorius libro IV. Dialogorum, cap. 50. *Quos grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis ſi in eccleſia ſepeliantur, quod eorum*

rum proximi, quoties ad eadem loca ſacra conueniunt, ſuorum, quorum ſepulcra conſpiciunt, recordantur, & pro ijs Domino preces fundunt. Iiſdem verbis ad conſulta Bulgarorum reſpondet Nicolaus I. Papa, cum illi quæſiuiſſent, num Chriſtianum intra Eccleſiam ſepelire ius, faſque eſſet.

ITAQVE, dum in cap. *Sacris. Extra. de ſepulturis* dicitur: nihil obeſſe hominibus pijs ſepulturam vilem, vel nullam, enunciat Pontifex, nec per ſe prodeſſe ſepulturam, nec obeſſe per ſe ad ſalutem conſequendam, licet per accidens ratione precum prodeſſe poſsit. Dum autem Auguſtinus lib. 1. de ciuitate DEI cap. 12. & libro de mortuorum cura ſcribit, ſepulturam ac funeris pompam ſolatia eſſe viuorum, non mortuorum præſidia, intellige eum loqui eodem ſenſu. Siquidem per accidens ijs iuuantur animæ.

QVI ergo in baſilica aliqua tumulum habet, iuuari cenſetur poſſe loci ſanctitate, vt facilius poſt mortem expietur. Nimirum, quoniam vel ſua vel ami-

amicorum funus curantium, vel vtrorumque deſtinatione, pioque voto, Sanctis huius loci præſidibus, non tã cadauer, quam eius domicilij incola olim anima impenſius eſt commendata. AEquum autem eſt, & caritati, quæ militantem triumphantemque Eccleſiam nectit, conſentaneum, vt Cælites ſibi ommendatorum patrocinium ſingulari affectu ſuſcipiant. Hæ operantium intentiones, piæque ad Sanctos fuſæ preces niſi interueniant parum in loci ſanctitate eſt præſidij.

Adde, quod qui in aliqua Eccleſia DEVM religioſè colendo ſunt addicti, dum orationes ſiue priuatim, ſiue publicè profundunt eorum potiſsimùm meminiſſe ſolent, quorum corpora fidei quaſi ipſorum concredita eſſe ex dypticis ſuis intelligunt.

Ad hanc memoriam ſolicitandam valent tumulorum ornamenta, cenotaphiorum moles, epigraphe, epitaphia, ac his ſimilia, quæ ſi oſteutationis cauſſa ſolùm, aut alius finis æquè vani gratia, vel curata fuêre à mortuo,

dum

dum in viuis erat, vel erigantur ab amicis, non tam animæ in Purgatorio agentis & implorantis opem ſunt ſubſidia, quàm diuinæ irritamenta iracundiæ.

ATQVE ad hanc Eccleſiæ Magiſtrorum mentem, & Theologici iudicij regulas reuocanda ſunt, quæ non nunquam, & in orationibus funebribus quorundam imperitorum minus exactè ſcripta leguntur, & à popularibus concionatoribus interdum proferuntur. Qui quoniam Theologiæ Scholaſticæ & altioris aliquando minus ſunt gnari, hallucinari in dogmatibus fidei explicandis haud eſt mirum. Dolendum tamen quod ea ab ijs in publice ſubinde ſpargantur apud vulgus, quæ auditores rudes, ac idiotas, inani ſuperſtitione, religionis prætextu imbuere poſſunt, aut faſcinare, aduerſarijs autem Catholicæ fidei anſam præbere noſtra carpendi, & quæ de Purgatorio docet Eccleſia in alienum detorquendi ſenſum. Quod deteſtamur, vtinam emendare poſſemus.

SED iam finis huic Commentationi imponatur. ſi quod à ſuperioribus auelli nô poteſt, indicauero: An in tẽplo ſepultis magis proſit in choro, vel ad arã maximã, alioúe loco celebri, quàm in veſtibulo, vel cæmiterio locum elegiſſe? Non dubito ſinè magis expedire ijs, qui ſibi ſepulchri ſui locum deſtinant, minus celebrem, imò vilisſimum elegi. Auctor eſt Chryſoſtomus, homilia xxvi. in epiſtolam 2. ad Corinth. homil. LXVI. ad populum Antiochen. homilia, quod Chriſtus eſt DEVS aduerſus Gentiles Conſtantinum Imperatorem magni honoris loco habuiſſe, quod præ foribus Piſcatoris Petri ſepeliretur, factus illius ianitor. Idem ſcribit Conſtantinopolitanos Reges ac Imperatores magni feciſſe, quod corpora ſua, non quidem propè Apoſtolos, ſed in veſtibulo templi ipſorum memoriæ dicati ſepelientur. Theodoſium ſanè iuniorem, patremque illius Arcadium, necnon auum Theodoſium in porticu templi Apoſtolorum ſepultos legimus. Plures nominat ad hanc rem Onuphrius Panuinius

uinius in libro de ritu ſepeliendi mortuos, in quo integrum texit catalogum Principum, Regum, Imperatorum, Epiſcoporum, Pontificum, alijſque dignitatibus illuſtrium virorum, qui vel ad limina, vel in porticibus Eccleſiarum ſepulti ſunt.

Oſtenditur etiamnum Romæ in veſtibulo templi B. Virginis Mariæ ſupra Mineruam FF. Prædicatorum epigraphe in minuto lapide, Thomam de Vio Cardinalem Caietanum, virum dignitate Eccleſiaſtica, & doctrina eminentiſsimum ibi ſepultum eſſe ſignificans.

RECREAVIT me Chriſtiana in hoc genere modeſtia Sanctiſsimi Antiſtitis Caroli Borromæi, qui antiquorum Epiſcoporum deſiderium poſt mortē ſuā apud Mediolanenſes reliquit. Is humillimum in Eccleſia ſua locum ſepulturæ deſignans, quam eſſet ab omni ambitione alienus facilè oſtendit. *Conditus eſt*, inquit vitæ ſcriptor, loco humillimo, cum ſequenti inſcriptione, quam in teſtamento ſuo viuens expreſſerat.

CAROLVS CARDINALIS *titulo*

S. Pra-

S.Praxedis, Archiepiſcopus Mediolani, frequentioribus Cleri,populique; ac deuoti fæminei ſexus precibus commendatum ſe cupitens hoc loco ſibi monumentum viuens elegit. Addit Vuægrapbus: *Talem de ſe reliquit mundo opinionem, & famam eximiæ ſanctitatis, vt, quemadmodum multi Cardinales Epiſcopi, alijq́ diuerſarum nationum Scriptores codices ſuos immortali nomine, & geſtis, Caroli glorioſiſsimis decorarunt, ita humile hoc ipſius ſepulcrum multiplicitate miraculorum, concurſu hominum cuiuſcumque ſexus & conditionis perpetuò, margaritis ac ſtatuis, aureis, argēteiſque anathematibus, monumentum omnibus deinde ſeculis venerandum euaſerit.* An fortaſſe optimus Præſul exiſtimauit, quemadmodũ primos accubitus ambire in vitâ ex Chriſti præcepto non licet, ita multo minus id oportere facere poſt vitam pro putente cadauere? Et ſane priſcos illos Eccleſiæ Antiſtites non fuiſſe loci dignioris ambitioſos translationes ipſorum teſtantur.

Ex hactenus autem allatis intellexiſtis, opinor, abundè, ab omni memoria vros pietate eximios, vera religione eruditos, arbitratos eſſe, multum opis

ac ſub-

ac ſubſidij adferre animabus, ſi mortui in locis DEO peculiari ceremonia dicatis ſepulcrum nanciſcantur: deſiderium autem quorundam Sanctis ſe iungendi, perſuaſiſſe Christianis, vt in Eccleſijs Martyrũ vel iuxta Martyres per optarent quieſcere. Sic animabus ſe ſuis optimè cõſulturos credebãt. Et quid optabilius, quã ijs in locis, quæ Sãctorũ reliquijs aſſeruãdis, Sacræ Agni immaculati victima immolandæ, publicis, priuatiſque precibus fundendis deſtinata ſunt, corpus, animæ olim hoſpitium æternitatis candidatum, vt depoſitum cariſsimum collocare? Nam hac ratione tot ſacrificiorum & orationum ſeſe participem fore quilibet nõ vanè ſperat, vt & interceſsionis illorum Cælitum, quorum reliquiæ ijs in Eccleſijs coluntur.

NVNC verò noſtri muneris eſt, quoniam locus ipſe non vi ſua è Purgatorij pœnis animas eximendi poteſtate eſt præditus, ſed id habet ex adeuntium potiſsimùm ſupplicationibus, ad quas excitat, ita à Spirituum Domino benefactorum, amicorumque noſtrorum anima-

animabus pacem, multiplicatis orationibus expoſcere, vt ſpe ſua, quam noſtro in ſinu habent repoſitam, non omninò fruſtrentur.

IESVS -- MARIA.

S.

D. I.

H. E. G.

APPROBATIO.

OPVSCVLVM, cuius titulus, LIBELLVS SVPPLEX *Animarũ* è PVRGATORIO, ad *Sodales Marianos, ſermonibus ſacris explicatus* à P. MAXIMILIANO SANDÆO Societatis IESV D. Theologo, cùm à deputatis ad id Theologis ſit lectum & approbatum, Ego GOSWINVS NICKEL Societatis IESV in Prouincia Rhenanâ inferiore Præpoſitus Prouincialis, conceſſa mihi poteſtate ab Adm. R.P.N. MVTIO VITELLESCO Generali Præpoſito, vt typis excutur, poteſtatem facio, his litteris à me ſubſcriptis, & officij mei ſigillo munitis.

Coloniæ XVIII. Nouemb. Anno M.DC.XLII.

Goſwinus Nickel.

INDEX

INDEX
Titulorum.

Epiſtola dedicatoria ad Sereniſſ. MAXIMILIANVM HENRICVM Coadiutorem Colonienſem Sodalitatis Præfectum.

Libellus ſupplex Animarum è Purgatorio, ad Sodales Marianos in vita mortali relictos.

Diſceptatio. An Purgatorium ſit locus Iuſtitiæ potius, quàm Clementiæ, vel Miſericordiæ.

Sermo.

I. Purgatorium, vt docet fides Catholica, eſſe. Eius certitudo & delineatio.

II. Purgatorium videri eſſe Iuſtitiæ Tribunal.

III. Purgatorium videri Miſericordiæ Theatrum.

IV. In Purgatorio Iuſtitiæ haud minus quàm Miſericordiæ eſſe ſcenam.

V. Satiusne ſit, Animabus in Purgatorio quàm viuentibus in peccato mortali detentis, ac miſerè vexatis, prece, eleemoſyna, Sacrificio, aliiſq; remediis opem ferre.

VI. An prudenter à pœnitentibus & Confeſſariis pœna pro peccatis, in hac vita ſubeunda

ounda ad Purgatorium remittatur?

VII. De pœnarum in Purgatorio duratione: Et

An probanda ſit conſuetudo anniuerſariorum ſuffragiorum ſine termino?

VIII De Funeris ſolennitate.

An proſit Animabus ſacra ſepultura?

INDEX

Verborum & Rerum.

A.

ANima demortuorum in quatuor receptacula recipiuntur. pag. 10.

In Purgatorio certa ſunt de ſalute, & id ipſum notum ijs eſt. 80. *& ſeqq.*

Ibidem ſunt impeccabiles. 83.

Viſitantur, & conſolantur ab Angelis. 84

Angeli pro ijs orant, & Sancti DEI. 110.

An potius pro Animabus purgantibus, an in peccato mortali conſtitutis orandum? 158.

Animarum purgantium hypotipoſis 159.

Adoleſcens Religioſus Ord. Præd. quod veteres ſoccos nouis acceptis non retuliſſet, in Pur-

gatoriopunitus. 35.
Aretuſius Martyr veſparum morſibus exponitur. pag. 47.
Aſſumpta D. MARIA euacuatum Purgatorium. 114.
Andronicus fuſtigat Theodorum, quod ruſtico debitum non ſoluiſſet. 37.
Angelorum Cuſtodum plurima erga animas officia. 123.
Chriſtus eſt Apis. 153
Abbas Ord. Ciſtert. vidit iudicandum Innocentium III. 254.
Animæ quamdiu in Purgatorio puniantur temerarium eſt definire. 267. *quia planè incertum.* p. 262
Aluarus Rex Bullematerium improbum in S. Crucis ſepeliri iubet: ſed eijcitur. 284.
Artemiſia Mauſolo marito ſepulchrum curat. p. 280.
Adam ſepultus in monte Caluariæ. 296.
S. Ambroſius fratri ſuo Satyro de ſepultura ſolicitus procuranda. p. 301.
Amon Rex in horto Oza ſepultus. p. 299.
Anniuerſaria ſacra ſine termino pro defunctis probantur. 264. & ſeq.

B.

B*alduinus Com. Flandriæ nobilem occi-*
di

di iubet, quod boues paupercula abegiſſet. 38.

Sontes manu plectit propria. 52

Benedictus VIII. Pont. Max. quamuis Dei amicus Purgatorium ſuſtinet. 26.

Boioaria Epiſcopi & Prælati pactum inierunt ſubueniendi vnanimiter defunctis. 183.

Bononiæ maximè viget memoria defunctorum. 122.

Bertrandus ex Socijs S. Dominici rarius pro defunctis quàm viuis ſacrificans, reprehenditur ſimilià S. Dominico. Videns etiam nocte ſequente ſpectrum errorem corrigens. 168. 169

D. Bonifacius Germaniæ Apoſtol. Miſſas petit pro defunctis ſodalibus. 182

Beatis ſuffragijs mortalium opus non eſt. 238.

C.

CHriſtophorus Gama Luſitaniæ Regis Dux apud Indios à Rege Mauro in quatuor partes ſectus. 71.

Chriſti clementia. 103. 104. & ſeq.

I. Cæſar à Clementia laudatur. 90. *vtrum Marcus Bibulus Rom.* 103.

Congregatio Brugis inſtituta in ſubſidium animarum. 120. *Item; Romæ ibid.* & 122.

Cellarius ob defunctis ſubtractum cibi dimenſum ab Animabus caſtigatur. 87.
Chaldaeorum Deus Ignis ſuperatur ab Aqua ſtratagemate Canopi ſacerdotis. 156.
Chriſtina Mirabilis, mira in ſubueniendo defunctis. 192.
Cuſtos Monaſterij Fuldenſis ſcribens ad Decanum Monaſterij S. Sixti, rationem maximam habendam defunctor. docet. p.179.
Confeſſarius prudenter iniungit pœnam, qua Purgatorij auertatur. p.194. & ſeqq.
Poteſt obligare pœnitentem vt ſatisfaciat.199. 200.
Confeſſarius Iudex. p.206.
S. Carolus Borromaeus humillimo loco in Eccleſia ſepeliri vult. p.309.
Contractus licitus ex ſententia probabili. 267.

D.

DEus iuſtus. 64.65.66.& ſeqq.
Diaboli miniſtri Iuſtitiæ in Purgatorio. 50.55.
Dormire in pace. 87.
Duratio pœnarum Purgatorij.p.5.236.& ſeq extenditur vltra vigeſimum annum.242. non eſt in infinitum durabilis Purgatorij pœna

pana. Neq; extendetur vltra diem vniuerſalis Iudicij. 244.245. An æqualiter puniantur? 247.248. & ſeqq. quid ſentiendum. ſeqq.
Drithelmi viſio. 26061.
Damnatis non proſunt ſuffragia. 239. & ſeqq.
Diſpenſatio Papalis poteſt niti in ſententia probabili.
Decennium Purgatorij reijcitur. 268

E.

An, qui eleemoſynã in hac vitâ largiter dederint ſoli ſint per ignem purgandi & ſaluandi. 25.
Extenſio pœnarum. 89.
Ebrietas. 217.
Exilium graue eſt homini. 221.222.

F.

FÆmina quod irriſiſſet Sacerdotem in Purgatorio detenta. 29.
Feria Animarum in Purgatorio. 86.
Frater Ord. S. Franciſci rediens, DEI rigorem in puniendis peccatis explicat. 36.
Ferdinandus II. Imp. X. Collegia Societatis IESV fundat: duas domos Profeſſas & 2. proba-

probationis. 113. pro defunctis orat. 193.
Ferdinandus Elector Colon. pro Regina Galliar. Maria Medicea ſex millia Miſſarum legi curat. 119.
S. Franciſcus Xauier obiens urbem cum tintinnabulo ad orationem pro defunctis monet. p.192
Fuldæ mos fuit, ut Monachis defunctis ad xxx. dies cibi ſui dimenſum daretur: & poſtea in pauperes diſtribueretur. 181.
B. Franciſcus Borgia in morbo panarum Purgatorij memor pro defunctis orat. 193. Latronibus occiſis are ſuo ſacra curat. ibid.
Funeris ſolennitas. 274.
B. Fauſtinus Martyr Patricium Valerianum in templo ſibi dicato ſepeliri noluit p. 283.
Flora matrona filium in templo S. Fœlicis iubet ſepeliri approbante Paulino & S. Auguſtino. p. 302.
Funus. 274. Solennitas funeris ad quem ſit uſum. 375. Quid ſentiant Caluiniſtæ. 277. Sententia Catholicorum. 277. Funeris ſolennitas obeſt inſigniter improbis. 287.

G.

GErtrudis ſanctimonialem nondum ſatis purgatam vidit aſpectum Chriſti refugien-

fugientem. 32. *quicquid in ſuis operibus eſſet meritorium, Animabus Purgatorij addixit.* 191.

Guilhelmus Naſſouicus Orangij Princeps interficitur. Interfector grauiter multatur. 43. & *ſeqq.*

Gregorius Papa proprietarium Monachum in ſimeto ſepeliri iubet. p. 295.

H.

H*Æreticorum dicteria in Purgatorium.* 3. 5. 232.

Hæretici, & Infideles, non veniunt ad Purgatorium. 107.

Philippus II. Hiſp. Rex: filium Carolū parricidij cogitati ſuſpectum veneno interimit. p. 17.

Henricus IV. Franc. Rex. occiditur. 40 *ſicarius varia tormenta ſuſtinet.* 41. *pro defuncto Rege omnes Societ. IESV ſacerdotes.* 6. *ſacra offerunt.* p. 114

Ob Horas Canonicas non ſtatuto tempore lectas. S. Seuerinus Epiſcopus punitur in Purgatorio. 29.

I.

I*Gnis Purgatorij an agat in Animas?* 59. & *ſeq.*

Iacobo Britanniæ Regi viſum Purgatorium amænum pag.235.
Inſtrumenta pænarum. p.57.
Circa Incolas Purgatorij errores. 22
Iſabella Clara Eugenia Infans Hiſp. pro defuncto Coniuge Alberto Pio. xL. millia ſacrificia legi curauit. 199
Iudæorum Rabbini ex Inferno eſſe redemptionem credunt. 19
Iuſtitia in Cœlis.12.in Inferno.13. in Limbo puerorum,14. in Purgatorio. 15. Primo quia hic amici & domeſtici quaſi Dei puniuntur ibid. Secundo quia peccata leuia ſeu venialia grauiter puniuntur. 27
Iuſtitiæ cultor eximius. Mahumet 12. Imp. Turcarum.16. Philippus II. Hiſp. Rex. p. 17. Andronicus 37. Balduinus Comes Flandriæ. p. 38
Iuſtitia ſpectat æqualitatem. 62
De commutatiua & Diſtributiua Dei iuſtitia. p. 146.135.
Iuſtus Monachus Deo quamuis carus purgatur. p. 26
Ignis & aqua certamen. 156
In multis Italiæ locis noctu ſigno campanæ, monentur homines orationis pro defunctis. 192
Ioannes Ximenius Soc. IESV Coadiutor monitus, oraret pro defunctis, omnia ſua merita

vita iis applicuit. 189
Innocentius III. Papa. B.V.M. precibus liberatur ab Inferno. 235
Iacobus Patriarcha ſepeliri petit cum Patribus ſuis. p.297.
Idololatria origo. 128.

L.

Limbus PP. vacuus. 14 *Puerorum.* ibid.
S. Lutgardis acerbiſſ. pœnis pro defunctis ſuſceptis Deum placauit. p. 192. *Innocentium III. in Purgatorio videt.* p.235
Lutheri de cœlo poſſidendo ſine meritis delirium. 173
Lugduni duo SS. Theol. Doctores opera vniuerſa vitæ meritoria Animabus addixerunt. p. 191
Libra Critilai, & S. Michaelis. 141.140
Lutetia Pariſiorum, qui Regi conſilium pecuniam extorquendi dederat, in cloaca ſepeliri petit. p.193.

M.

Miſericordia in Cœlis. p.11. *in Limbo puerorum.* 14
Mahumet Muſtafam filium ob adulterium ſtrangulari iubet. 16

Menaſſes Ben-Iſrael in inferno redemptionem eſſe fingit ridiculè. 19.

Maximilianus Elector Bauariæ multa millia ſacrificia fieri pro defunctis curat. p. 120.

Michael Archangelus cum librâ, in quâ Anima cum meritis. 140. particulare judiciũ huic demandatum. 141

Manaſſes Rex ſepultus priuato in loco. p. 295

Marcellinus Pontifex ſceleris conſcius ſepeliri ſe vetuit, ſed vt jumentum foras proÿci. p. 293.

N.

NOuatores peruerſam Purgatorÿ originem fingunt. 5. S. Nicolaus Tolentinus viſione mouetur ad ſacrificandum pro defunctis. 188.

Natura ex duobus malis ſemper minus eligit. 209. & ſeqq.

O.

ORigenes Adamantius perperam ſenſit Dæmones purgatricibus tantum flammis purgari, adeoq; eos aliquando ſaluandos. 18. 19.

Officium defunctorum Eccleſiæ. 385.

P.

PAſchaſius miraculis illuſtris Purgatorij flammas ſenſit. 25

Paulus Daiſachi Conzuquedono palo alligatus lentè torretur. 48.

Pœnarum duplex mitigatio, ratione Extenſionis & Intenſionis. 79. Diuturnitas earum. p. 92. Abbreuiatio. 93. Intenſio compenſat Extenſionem. 94. vna dies viſa inſtar annorum in Purgatorio. 131

Peccata venialia grauiter puniuntur. p. 27. eorum index. 28. 29. 30. & ſeq. 129. 130.

Philippus III. Hiſp. Rex Coniugi Margaretæ Auſtriacæ 1700. Sacrificia defunctæ in ſubſidium legi curauit. 119.

Purgatorium Tribunal Iuſtitiæ. 10. Theatrum Miſericordiæ. 74. Eius delineatio. 2. Eius certitudo. 4. variè nominatur. 6. Non æqualiter hîc omnes torquentur. p. In Purgatorio Iuſtitiæ & Miſericordiæ ſcena. p. 144. Neq; id repugnat. p. 146. Melius eſt puniri hic, quam in Purgatorio. p. 230. Viſum alicui Purgatorij locus refocillationis.

In Peccato mortali conſtitutorum calamitas. 16. euadere poſſunt periculum, modò velint. 16. Euadere poſſunt. 165. Voluntariæ

ruina tantum eſt eorum .p. 171. & ſeqq.

Peccatores odio habendi. quomodo? 176

Pœna damni. 219.220 221. *Pœna ſenſus.* 225.*& ſeq.*

Pœnitentia VII.annorum ſecundum Canones. 230

Papa habet poteſtatem diſpenſandi in voto Caſtitatis.

Pachomius hominem monachum abſq́ ceremonijs ſepeliri vult p. 281

Probabilitas vbi certitudo deeſt maximè ſequenda p. 295.266

Purgatorij magnam pœnam explicat rediuiuus. 273

R.

R*Eligioſorum Officia pro defunctis p.* 111

Rodolpho II.mortuo Anno 1612. *à quolibet Socitatis IESV Sacerdote. IX. Sacra recitata ſunt.* 113

Romani ſuperſtitioſe memoriam defunctorum habebant. 124

S.

S*Acrificio Miſſæ iuuantur defuncti.* 108. *& ſeqq.*

Sacrificiorum aliquot millia pro defunctis curata ibid. 119.183.184.188. &c. 120.122

S. Seuerinus Epiſcopus Colonienſis in Purgatorio purgatur. 25

Societatis IESV in benefactores gratitudo. 112.113.113. *maximè habet curam defunctorum p.* 179

Suffragia pro defunctis minuunt Purgatorij pœnas. 94. *Suffragiorum varia genera. p.* 98. *& ſeq. an ſine termino probanda.* 336 *& ſeq.* 261. *Suffragia communia proſunt omnibus hominibus: particularia non item p.* 258

Sodalitates Marianæ curam habẽt defunctorum p. 179

Sacerdoti defuncto Sacra tria & ſemel Pſalterium legendum. 180. *vni xxx lecta.* 183

Sacerdos improbus juſſu S. Hieronymi à Sacro loco eiectus. p. 284

Sepultura ſacra an proſit animabus, & certis in locis. p. 275: *negant Hæretici p.* 276 *aiunt Catholici.* 277. *an ad aram, & ad veſtibulum p.* 308

Sepultura duplex finis, vnus politicus, alter religioſus. p. 278.280

Sacra ſepultura impio in perditionem. p. 204

Sacramenta ex probabili ſententia quando conferri poſſunt. 265.266

Sepul-

Sepultura finis 1. *Politicus.* 2. *Sacer. Eccleſiaſticus, Religioſus.* 278. 279. *& ſeq.*
Sepultura in loco ſacro ad quid conducat. 281
Exempla illorum quibus profuit, & quib. obfuit. 283. *& ſeq.*

T.

Tormentorum varia genera. 42. 41. 43. 47.
Thomas Morus noctu familiam ſuam conuocat ad orationem pro defunctis. p. 192
Traiani anima non eſt reuocata precibus S. Gregorij ex inferno. 241.

V.

Via Domini Miſericordia, & Iuſtitia, ſeu Veritas. 152. *ratio. ibid. His totum Prædeſtinationis incumbit negotium.* pag. 142.
Valentinus homo improbus in Eccleſia S. Martyris Sergij ſepultus eijcitur p. 283.

AVCTORES.

A.

Alexander Alenſis.
S. Antoninus.
S. Auguſtinus.
Alexius de Salo.
Ægidius Koninck.
Adamus Tannerus.
S. Ambroſius.
Anſelmus.
Andreas Schottus.
Almainus.
Alcuinus.
Albertus M.
Azorius.
Abulenſis.
Alliſiodorenſis.
Auguſtinus de Ancona.
Adrianus.
Æneas Syluius.

B.

Baronius.
Bellarminus.
S. Bonauentura.
Bloſius Abb.
S. Bernardus Abb.
Bzouius.
S. Baſilius.
V. Beda.
Bachiarius.

C.

Con. Braccarenſe.
Conc. Lateranenſe
Conc. Tridentinum.
Conc. Florentinum.
Caietanus.
Chriſtophorus Brovverus.
Capreolus.
Caſsiodorus.
D. Chryſoſtomus.
Corduba.
S. Cyrillus.
S. Cæſarius.

D.

S. Damiani.
Dauroultius.
Dionyſius Carth.
Deſiderius Abb.
Durandus.
Dom. Sotus.
Dungaius.

E.

Emiſſenus.
Epiphanius.

F.

Famianus Strada.
Franciſcus Haræus.
Ferrarienſis.
Fulgentius.
Franciſcus Victoria.

G.

Guido Carmel.
Gregorius de Valentia.
S. Gregorius.
Guilhelmus Lamormaini.

Guſman.

H.

HAymo.
Henricus Henriquez.
Heribertus Roſvveidus.
Horatius.
Horatius Turſellinus.
Henricus Caniſius.
Hoſpinianus. h.

I.

IOannes Præpoſitus.
Iuſtus Lipſius.
Iudocus Andries.
Fr. Iacobus Gourvvoiſſer.
Ioannes Euſebius Nurbergius.
Ieremias Drexelius.
Ioannes Gerſon.
Iacobus Hautinus.
Ioannes Molanus.
Petrus Sanchez.
Ioachim. Camerarius.
Iacobus Gretzerus.

L.

LAmbert. Danæus. h.
Lucas Loſsius.
Leonardus Leſsius.
Lutherus. h.
Leo PP.
Ledeſma.
Lyranus.

M.

MAgiſter Sententiarum.
Menaſſeh Ben-Iſrael.
Maior.
Melchior Canus.
Maximus Taurinenſis.
Martinus de Roa.
Maximilianus Sandæus.

N.

NAzianzenus.
Nicolaus Trigautius.
Nauarrus.

O.

OSmelus.
Origenes.
Oecumenius.
Onuphrius Panuinius.

P.

PAludanus.
Petrus Matthæi.
Petrus Sanchez.
Proſper.
Petrus Soto.
Petrus Vermilius. h.
Petrus Viretus. h.
B. Paulinus
Petrus Iarricus.
S. Pachomius.

R.

RIchardus de S. Victore.

Rodericus.
Ruffinus,
Robertus Abb.
Roffenſis.
B.Remigius.

S.

Saliannſ.
Speculum Exemplorum,
Spinellus.
Stephanus Binett.
Suarez.
Surius.
Sebaſttanus Berradas.
Sebaſtianus Perez.

T.

S. Thomas.
Thuanus.
Thomas Cantipratenſis.
Thomas Stapletonius.
Theophylactus,
Tapperus.
Thomas Kemp.

V.

Virgilius.
VVilhelmus Malmesberberienſis.
Vitæ Patrum.

FINIS.

ERRATA

Corrige.

LO. pag. 7. loco. Inſtriptus. 9. lege Inſcriptus. leſt. 13. eſt. meo. 13. in eo. id ex. 19. id eſt. calidè. 38. validè. poſtula 68. poſtulat. adiuſus. 70. adiutus. meoque. 25. in eoque. audem. 118. audeat. hen. Iſrael: 55. Ben. Iſrael. Monechij. 120 Monachij. Gœtus 20. Cœtus. Eapſoptot. p 127. eapropter. Condignam. 145. Cōdignum. ficut. 151. ſicut. Dextis. p. 176. dextris. puior. p. 156. purior. Vini. 162. viui. penierit. 166. peruenerit. Quod 166. Quid. Sāncher. Sanchez Purgatorum. 121. Purgatorium. Quæſiui p. 168. Quæſiuit. habeas. p. 186. habeat. munctis. p. 188. muneris. Contilium. p. 199. Concilium. ſide 199 fide. dolictis 201. delictis. dicerit. 202. dixerit. ſit. 209. ſic: Purgatorium. p. 44. Purgatorium. ſe. uires. 230. ſæuires. conamur. 236. conamur. Duratio animarum. p. 248. Duratio pœnarum. ligna. contritionis. ſigna 266. In Libello *Supplici* c. 4. vt hic minima ſit maior. lege. vt hic minima non ſit maior.

ANT 1740515

Digitized by Google